



A

31-343

A
31-343

17 v. 9
31

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala	A
Estante	31
Numero	343

3-3-286



X94698512

cc

A-11188

PATRVI

ET NEPOTIS DE SVCCES SIONE REGNI PORTVGALLIÆ

TRACTATA QVÆSTIO: VTRVM PATRVVS,

Regis filius secundò genitus annis maior:an

verò eiusdem Regis nepos etiam infans,

ex primogenito conceptus, præferri

debeat. Autore Emmanuele

Costa Iureconf. Regio Sena

tore, atque in Conimbri-

censi Academia pro

fessore legum

primario.

del Colegio N.º de S.º Vni.º de S.º de

Cum intellectu legum Portugalliæ &

Castellæ, quæ etiam in maioratu bonorum Regiæ

coronæ, & bonorum patrimonialium, ea

questionem attigerunt.

ITEM ORATIO FVNEBRIS IN EX

Serenissimi Portugalliæ Regis IOANNIS

ab eodem autore Conimbricæ habita.

CONIMBRICÆ.

Apud Ioannem Barverium Typographum Regiæ

M. D. L. VIII.

Decimo Calendas Augusti.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2º C. 22. N. 7º

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
GRANADA

8711-A
Frater Martinus Ledesmius Doctor Theologus,
Lectori candido Salutem.



ERLEGI accuratissimè, vt potui,
librum hūc, magnū quidem crudi-
tione, elegantem stilo, magna dili-
gentia elaboratum, quem meæ tru-
tinæ probandum, atq; expenden-
dum commisit clarissimus atq; humanissimus Prin-
ceps Henricus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lis, & hæreticæ prauitatis in amplissima Lusitano-
rum ditioe supremus inquisitor & censor: prius
quidem à doctissimo authore, & ab alijs viris sapi-
entissimis lydio (vt fertur) lapide probatum, in quo
tam exactè ac piè (vt mea fert opinio) tradūtur om-
nia, vt prorsus in ea quæ tractatur materia, nihil ad-
di aut demi citra piaculū queat: ea est eruditio, pie-
tas, ac foecūda breuitas authoris. Quare nō est pro-
fectò, cur non bene precemur authori, Iuris Casarei
consultissimo: cuius studium ad hunc modum sem-
per fuit, de Rep. CRHISTIANA quàm optimè me-
reri. Bene vale Conimbricæ. xxj. die Iulij.

M. D. L. VIII.

Nihil esse in hoc opere quod CHRISTIANÆ religi-
oni repugnet, iudicauit illustris & Reuerendissimus
D. D. Ioannes Soarez huius vrbs Praesul
integerrimus.

D.

ga



si eius
erim
moriam
ma hu
tri su
mortu
gnis su
sos, fec
in om
hic m
Quin
do con

D. Sebastiano Portu-

galliae Regi Augustissimo Emmanuel Costa
Vlyssipponensis Iureconf. vitæ diutur-
nitatem, Regnandi scien-
tiam & bellorum
foelicitatē.



VVM SUPERIORE

anno è viuis excessisset Rex IOAN-
NES auus tuus, maximo totius Lusitaniae dolore, & felicibus auspicijs
hoc Portugalliae Regnum ad redeuo-
lutum esset Rex Augustissime, co-
lumen propè vnicum Regiae familiae:
ipsū discrimen in quores futura fuit

si eiusdem Regis filius vltimò genitus, D. Antonius patruus tuus
etiam nunc viueret, veterem quandam difficillimam quaestionis me-
moriā mihi renouauit. Venisset enim in dubium, ad vtrum legiti-
ma huiusce Regni hereditas rediret, ad filium ne minorē natu pa-
tri superstitem, an ad nepotē infantem ex filio maiore natu iam
mortuo relictū. Cui controuersia hic magis periculosa, quòd de Re-
gni successione lites plerumq; non iure ac legibus etiam inter cogna-
tos, sed bello atq; armis dirimuntur, tamen si occursum esse scimus
in omnibus Regnis, certo de hac re ac proprio iure constituto: tamen
hic nihil adhuc certi definitum legibus & cautum esse videmus.
Quinimo si de maioratu vel honorum patrimonialium similis aliquan-
do contentio existit, vulgo putatur definitio ad opōsita esse in obseu-

ro, ut nouum Regiæ constitutionis tuæ lumen desiderare videatur.
Quæ propter ardebam studio quodam nostram operam, qualis illa
cum iue demum est, adhibendi, ut magna questio & ardua, si non
componeretur, at facilior tamen aliquantò redderetur. Verum ita
depressus iacebam illo tanto reipub. nostræ malo, ut nihil altum pos-
sem inchoare, illo adempto Rege, qui nostra studia fouebat amore, fa-
uore accendebat, benignitate sustentabat. Reuocabat etiam sepe nu-
mero festinantem animam existimationis nostræ ac famæ, si qua est,
conseruandæ cura. Nam intelligebam, non qualem cunq; operam ab
eo expectari, qui in hac celeberrima Academia cathedram legum pri-
mam populis suffragiis, optimorum studio, deniq; diuino Regis aui tui
iudicio meruisset. Sed hunc dolorem atq; merum aliqua ex parte le-
uare cœpit studium illud singulare, & non vulgaris amor, quæ Regi-
na aui tua omnis memoriæ facile princeps, & magnus patruus tu-
us Henricus Cardinalis erga hanc Academiam & omnes eius qua-
si alūnos ostenderunt: non minus prudenter, quàm ceteras reipubli-
cæ partes, hanc in qua literæ continetur, gubernando. Tua quoq; ista
præclara indoles, quæ iam nunc ostendit, quanta virtutum Regia-
rum in te sit futura maturitas, meam meam debilitatam confirma-
uit, impeditam omnino liberauit, impulit non nihil dubitantem. Quis
enim te intues, quæuis ista ætate, atq; tuum istud ostenerum quidem,
sed planè Regium, non speret, te virum, corroboratam iam ætate, amo-
rem hunc erga literas esse perpetuaturum: aui tui patrisq; mores &
naturam præclaram imitarem? Quorū ille, incredibile est, qua humani-
tate & liberalitate sit profecutus viros literatos: hic quum inciperet,
vix eandem viam ingressus, subito nobis est immatura morte præ-
reptus. Quare bene animatus, quidquid illud erat, quod de existima-
tione poterat amitti, cõtemnere decreui: modò in reip. nostræ spe iam
in te futuræ virtutis ad summam gloriam efflorescenti, non nihil
fructus afferre. Explicauit exiguo libello quam suprâ dixi questionem,
si non disertissimè, at ut potuit tamen: porui autem tantum, quantum
valuit

Valuit de scientia iuris atq; legum, homo mediocri ingenio, tam as-
dua opera, tam longo usu, tam laboriosa exercitatione consequi. Ad-
ieci orationem, quam ex munere mihi mandato ab vniuerso hoc lue-
rario conuentu habui in funere Regis aui tui: in qua non comemo-
raui quidem (quis enim id facere potuisset?) sed attigi tamen virtutes
multitudine infinitas, magnitudine admirabiles, quæ in illo eluxerunt,
& melius, ac vberius exponentur in historia, quam patris tui ma-
gister Antonius Pinarius, vir eximia eloquentia atq; doctrina, dili-
genter, & accurate cõscribit. Hoc opusculum lucubratum his breuis-
simis notis, quale quale est, tibi Rex Augustissime dicare consti-
tuit. Nam & voluminis exiguitate tuis istis manibus tenellis qui-
dem, sed ad res maximas natis, pro crepundijs esse poterit: & magni-
tudine rerũ quæ tractantur, tam splendida Regij tui nominis inscri-
ptione non videbitur indignum. Deus Opt. Max. cuius nutu ac ditione
sola terrarum gubernantur, te sartum & tectum ab omni periculo,
saluum nobis incolumemq; conseruet: tibi vitæ & usuram quàm maxi-
mè diuturnam, tibi sapientiam, tibi magnum animum, excelsum, in-
uictum impertiat: vt hæc Regna florentissima Regis aui tui diuinis
artibus in pace regas, & infestos nominis CRISTIANI hostes
plurimis maximisq; victorijs debelles: domique amabilis, militia ter-
ribilis, aduersus tuos munificus, vel nos, vel si nobis hoc tantum gau-
dium iniqua mors inuidebit, liberos nostros Regia munificentia, aui-
ta liberalitate, patria magnitudine, omnibus beneficijs exornes: atque
vbi satis diu vixeris in terris, satis, inquam, non tibi modò
verùm etiam patriæ, verùm etiam tuis, receptus in illas
iucundissimas beatorum sedes, & pro tuis egregijs
factis, æternis premijs donatus, cum maioribus
tuis illa fœlici immortalitate
perfruaris.



Index conclusionum præcipuè notabilium, quæ
in hoc opere continentur.

Circa maioratus bonorum Regiæ coronæ

Filius secundò genitus nepoti primogeniti filio prælati est tam
verbis quàm sententia. l. mentalis, pag. 10.

¶ Idem probandū erat: quāuis nulla. l. Regia cautū foret, pag. 29.

¶ Filius nepotem natu maiorem excludet, pag. 45.

Nepos secundò geniti filius, si maior natu sit quàm nepos primogeni-
ti filius, eidem præferetur, pag. 54.

Hæc locum habere videntur, etiam si vnicum maioratus prædium
pater primogenito adhibita Regiæ autoritate donauerit, pa. 57.

Si primogenitus viuo patre clericus fiat, eiq̃ue naturaliter superuixe-
rit: nepos ex eo conceptus patruum excludet, pa. 65.

Hoc idē sine dubio probabitur, si primogenitus fiat monachus, pa. 66.

Nepos patruum fauorabiliter excludet, si possessor auus & primoge-
nitus pater, vno simul casu decesserint, pa. 68.

Si tamen pater, & primogenitus, qui liberos non habebat, simul vno
casu decesserint: filius secundogenitus non excludetur, pa. 70.

Princeps iniuriam faciet, si non renouauerit maioratum vni ex libe-
ris primi donatarij, & velit eum extero concedere, pa. 72.

Dominium bonorum Regiæ coronæ, quāuis in primum donatarium
nō indistinctè transeat sine traditione: indistinctè tamen transit in
donatarij successores lege mentali designatos, pa. 146.

Fructus pendentes tempore, quo vltimus possessor decedit, integrè
pertinent ad nouum maioratus successorem, pa. 145.

Circa maioratus bonorum patrimonialium.

Filius secundò genitus præfertur nepoti primogeniti filio, facta
institutione maioratus secundum vulgarem formulā. pa. 82.

Etiam si filius ipse natu minor sit quàm nepos, pa. 117.

Etiam si primogenitus in acie belli decesserit, si tamen à patre
primogenito iustè exheredatus fuerit, pa. 162.

Etia si filius ipse secundò genitus iustè fuerit à patre exheredatus, p. 152.

Etiam si primogenitus cum patre simul decesserit, pag. 125.

Filia secundò genita præferetur nepoti masculo primogenitæ filiæ
filio, pag. 118.

Aliquando etiam videbitur præferenda nepoti primogeniti filio,
pag. 120. & 121.

Nepos

Index.

Nepos secundogeniti filius si maior natu sit quàm nepos primogeniti filius, eidem præferetur: si tamen ambo pares ætate fuerint, primogeniti filius præferetur, pa. 124.

Nepos ex filia natu maior poterit aliquando excludere nepotem natu minorem primogeniti filium, pa. 121.

Quauis formula maioratus talis sit, vt repræsentatio admittenda videatur: neptis ex primogenito filio non videtur contra patrum admittenda, pa. 197.

Si vltimus possessor in acie belli pro rep. decesserit, nec in eius bonis sit, vnde soluantur debita: æquissimè impetrabitur, vt successor ex fructibus ea integrè soluere compellatur, pag. 143.

Circa Emphyteusin.

Emphyteusin finitam dominus directus non tenetur renouare, si velit fundum emphyteuticum sibi retinere, pa. 73.

Emphyteusis ecclesiastica ad ecclesiam redit, si emphyteuta nemine nominato intestatus decesserit: quauis liberos ab intestato hæredes relinquat, pa. 103.

Emphyteusis, quæ ex. l. Regia ad vnū ex liberis pertinet, magis deferretur nepoti natu maiori, etiam si sit filius filia, quàm nepoti natu minori, etiam si sit filius filii, p. 174.

In eadem specie auus maternus senior, auo paterno præferetur, p. 178.

Emphyteusis, quam quis sibi & liberis quæsiuit, pertinet ad filium etiam iustè ex hæredatum, pa. 160.

Circa Regni successionē.

Mentalis legis, quæ filium nepoti prætulit, sententia non pertinet ad ipsius Regni successionem, pa. 136.

Regnū, quasi hæreditas Regis primogenito deferretur, pa. 137.

Pactum de futura Regni successionē, viuo Rege fieri non potest, nisi de cōsensu Regis: quauis in alijs primogenijs cōtrā sit, p. 139.

Regis defuncti debita tenetur successor exoluere, p. 140.

Regis primogenitus ex hæredari & Regno priuari potest à patre, propter iustam ingratitudeis causam, p. 149.

Fratris filius excludit Regis defuncti patruū in Regni successionē, p. 170.

Fœmina non est incapax successionis Regni Portugallia, pa. 171.

Filia fratris videtur præferenda defuncti Regis patruo in Regni successionē, pa. 172.

Nepos natu maior patrum natu minorem excludet, pa. 180.

Idem erit, etiam si sit nepos natu minor, atque etiam infans, pa. 188.

Neptis primogeniti filia patruo videtur præferenda, pa. 198.

Index conclusionum præcipuè notabilium, quæ
in hoc opere continentur.

Circa maioratus bonorum Regiæ coronæ

Filius secundò genitus nepoti primogeniti filio prælatus est tam
verbis quàm sententia. l. mentalis, pag. 10.

¶ Idem probandū erat: quâuis nulla. l. Regia cautū foret, pag. 29.

¶ Filius nepotem natu maiorem excludet, pag. 45.

Nepos secundò geniti filius, si maior natu sit quàm nepos primogeni-
ti filius, eidem præferetur, pag. 54.

Hæc locum habere videntur, etiam si vnicum maioratus prædium
pater primogenito adhibita Regiæ autoritate donauerit, pa. 57.

Si primogenitus viuo patre clericus fiat, eiq̃ue naturaliter superuixe-
rit: nepos ex eo conceptus patrum excludet, pa. 65.

Hoc idè sine dubio probabitur, si primogenitus fiat monachus, pa. 66.

Nepos patrum fauorabiliter excludet, si possessor auus & primoge-
nitus pater, vno simul casu decesserint, pa. 68.

Si tamen pater, & primogenitus, qui liberos non habebat, simul vno
casu decesserint: filius secundogenitus non excludetur, pa. 70.

Princeps iniuriam faciet, si non renouauerit maioratum vni ex libe-
ris primi donatarij, & velit eum extero concedere, pa. 72.

Dominium bonorum Regiæ coronæ, quâuis in primum donatarium
nò indistinctè transeat sine traditione: indistinctè tamen transit in
donatarij successores lege mentali designatos, pa. 146.

Fructus pendentes tempore, quo vltimus possessor decedit, integrè
pertinent ad nouum maioratus successorem, pa. 145.

Circa maioratus bonorum patrimonialium.

Filius secundò genitus præfertur nepoti primogeniti filio, facta
institutione maioratus secundùm vulgarem formulã. pa. 82.

Etiam si filius ipse natu minor sit quàm nepos, pa. 117.

Etiam si primogenitus in acie bellj decesserit, si tamen à patre
primogenito iustè exhæredatus fuerit, pa. 162.

Etia si filius ipse secundò genitus iustè fuerit à patre exhæredatus, p. 152.

Etiam si primogenitus cum patre simul decesserit, pag. 125.

Filia secundò genita præferetur nepoti masculo primogenitæ filie
filio, pag. 118.

Aliquando etiam videbitur præferenda nepoti primogeniti filio,
pag. 120. & 121.

Nepos

Index.

Nepos secundogeniti filius si maior natu sit quàm nepos primogeniti filius, eidem præferetur: si tamen ambo pares ætate fuerint, primogeniti filius præferetur, pa. 124.

Nepos ex filia natu maior poterit aliquando excludere nepotem natu minorem primogeniti filium, pa. 121.

Quævis formula maioratus talis sit, vt repræsentatio admittenda videatur: neptis ex primogenito filio non videtur contra patrum admittenda, pa. 197.

Si vltimus possessor in acie belli pro rep. decesserit, nec in eius bonis sit, vnde soluantur debita: æquissimè impetrabitur, vt successor ex fructibus ea integrè soluere compellatur, pag. 143.

Circa Emphyteusiu.

Emphyteusiu finitam dominus directus non tenetur renouare, si velit fundum emphyteuticum sibi retinere, pa. 73.

Emphyteusis ecclesiastica ad ecclesiam redit, si emphyteuta nemine nominato intestatus decesserit: quævis liberos ab intestato hæredes relinquat, pa. 103.

Emphyteusis, quæ ex l. Regia ad vnũ ex liberis pertinet, magis deferretur nepoti natu maiori, etiam si sit filius filia, quàm nepoti natu minori, etiam si sit filius filij, p. 174.

In eadem specie auus maternus senior, auo paterno præferetur, p. 178. Emphyteusis, quam quis sibi & liberis quæsiuit, pertinet ad filium etiam iustè exhæredatum, pa. 160.

Circa Regni successione.

Mentalis legis, quæ filium nepoti prætulit, sententia non pertinet ad ipsius Regni successione, pa. 136.

Regnũ, quasi hæreditas Regis primogenito defertur, pa. 137.

Pactum de futura Regni successione, viuo Rege fieri non potest, nisi de cõsensu Regis: quævis in alijs primogenijs cõtrã sit, p. 139.

Regis defuncti debita tenetur successor exoluere, p. 140.

Regis primogenitus exhæredari & Regno priuari potest à patre, propter iustam ingratitudinis causam, p. 149.

Fratris filius excludit Regis defuncti patruũ in Regni successioe, p. 170.

Fœmina non est incapax successione Regni Portugallia, pa. 171.

Filia fratris videtur præferenda defuncti Regis patruo in Regni successione, pa. 172.

Nepos natu maior patrum natu minorem excludet, pa. 180.

Idem erit, etiam si sit nepos natu minor, atque etiam infans, pa. 188.

Neptis primogeniti filia patruo videtur præferenda, pa. 198.

Ad

Ad Lectorem.



Xpectabant candidè lector à nobis studiosi, vt promissa iam diu commentaria in cap. Si pater, De testa. lib. 6. in publicum ederemus. Sed & nostri auditores repetitionem. l. 2. C. De rescin. venditio. auide appetebant, allecti specie multarum rerum non vulgarium, quas proximè in materia vulgari nouè inuentas nobis dictantibus exceperunt. Ego verò in his quæ in omnium manus ventura publicantur, adeo sum morosus, vt manum de tabula tollere nesciam: & commentaria in. d. cap. Si pater, illo quoq; nomine per decem annos & amplius, elaboro ac premo, quòd ea excellentissimo Principi Henrico Cardinali omnium bonarum artium & virtutum patrono, dicare constitui. Cùm itaq; vtrumq; opus penè compleuissem, & longum esset, iusta hæc volumina excudere: coepit instare tempus, Regiam Celsitudinem adeundi, vt post. xx. annorum emerita stipendia studijs meis quietem impetrarem. Ne autem in illius conspectu vacuus apparerem, hunc de Regia materia libellum componere festinãter decreui: sed ita, vt quamuis post resurrectionis proximum pascha opus ex professo meditari coeperim, matura tamen & longo studio polita in ordinem redigere curauerim. Hæc qualia sunt, interim benignè excipe: & cætera propediem ex

pectato.

Vale.



DE SVCCESIONE

Regni Portugalliae Patruī & Nepotis
tractata quaestio: vtrū patruus, Regis filius secūdo
genitus, annis maior: an verò eiusdem Regis nepos etiā
in sauis, ex primogenito conceptus, praeferrī debeat.

Cum intellectu legum Portugalliae &

Castellae, de hac materia

agentium.

AS



INTER OMNES QVÆ IN
iure ciuili eminent, famolę difficulta
tis est quaestio, & in Senatu Regio sa
pius ex factō agitata: vtrū in bonis
primogenij seu maioratus, praeferen
dus sit vltimi possessoris filius natu maior, nepoti,
qui ex primogenito filio, in vita patris mortuo, con
ceptus sit: an contrā nepos filio? Mihi autem visum
est, non adeo difficilem iuris quaestionem incurrisse
in his speciebus, quæ hactenus inciderunt. Etenim
si quando controuersia mota est de maioratu bono
rum Regiae coronæ, in promptu fuit, eā decidere ex
lege Regia, quæ mentalis appellatur: vti Senatores
constanter & rectē decreuerunt. Si verò lis orta est
de maioratu bonorū patrimonialium, quē priuati

ALISA... insti-

instituerunt: non æquè compertum habeo, quid crebriore Iudicum calculo probatū extiterit. Caterū arbitror, huius quæstionis faciliore fore absolutiōnem, quā vulgò existimetur. Ille enim solus casus mihi in difficili est, vt non minū subtilitate quā utilitate excellere videatur, si videlicet de huius regni Portugalliæ successione, patruus ætate maior, cū nepote quandoquē contendat. Vt igitur dilucidius explicem, quibus iuris rationibus adductus, has tres species separauerim: de singulis ex ordine tractare operæ pretium erit.

Et primū de maioratu bonorū Regiæ coronæ.

QUum Rex Ioannes, eius nominis primus, legem quandam mente concepisset, & conceptam seruari iussisset: filius eius Rex Eduardus hanc legem, quæ antea fuerat mentalis, in scripturam redegit, sub tit. xvij. Ordinationum Regiarum lib. 2. §. i. his verbis.

Prineira mēte determinamos e poemos por ley em todos nosos reynos e senhorios, e mandamos q̄ todas terras, beēs e herdamētos, da coroa de nosos Reynos, que por nos, ou por os Reys foram, ou foram dadas e dadas, a quaesquer pessoas de qualqr estado que sejam, pera elles, e todos seus descendentes ou seus herdeiros e socesores, si que sempre intetamente por morte do possuidor dos taes beēs e ter

ragao seu filio, legitimo, barão, maior, q̄delle ficar.

Quæ constitutio, licet secundum magis cõmunem Nostratum opinionem, decidisse videatur controuersam patruum & nepotis quæstionem, & filium nepoti prætulisse: nihilominus colorata argumenta in contrariam sententiam afferuntur. Nec desunt et docti & ingeniosi viri, qui etiã partes nepotis aduersus patrum in facti quæstionibus tueantur. Contendunt enim dicere, quod legis mentalis sententia nequaquam filio fauet aduersus nepotem primogeniti filium: sed magis inclinatur in nepotis fauorem. Cuius opinionis sequentia argumenta potiora esse videtur.

Primò enim considerari potest, q̄ Rex Ioannes hoc. §. 1. id egit, vt donationes, quæ si iuxta verborum tenorem latè acciperentur, grande damnum Regiæ coronæ essent allaturæ: ad modum maioratus reuocarentur: vti probatur eo. tit. §. 14. Quod cum ibidè ex consilio Iureconsultorum fecisse memoretur, iure etiam fecisse credendus est. Nam & si regulariter perfectæ donationi nequeat ex interuallo modus adijci. l. Perfecta donatio. C. De donatio. vbi tamen Princeps donauit bona Regiæ coronæ: potest donationi simplici (quæ simpliciter facta grauitè ledebat Regiam coronam) modum adijcere, vt colligitur ex

Argumenta q. l. mentalis nō faciunt pro patruo contra nepotē.

nota. per Lucam de Pēna in .l. Quicumque, col. 4. vers. Ex præmissis, C. De omni agro deserto, lib. xj. facit tex. in .l. Qui fundos, & quod ibi loā. de Platea C. eo ti. Tradit loā. Lupi in rep. Rub. De donatio. in ter virū & vxo. §. 69. n. 14. vbi defendit similē clausulam testamenti Regis Castellę Henrici secundi.

Nulla igitur ante conditam legem mentalem potuit esse quæstio, de maioratu bonorum Regię coronę, inter patrum & nepotem: quum ea bona, secundum verborum figuram, inter liberos & successores dividerentur. §. fina. eo. tit. Quocirca videtur concludendum, quod Rex Ioannes hoc suę legis mentalis principio id dūtaxat constituerit, videlicet donationes ad modum maioratus esse coarctadas. Nō autem interpretandū videtur, quod Rex simul eodem loco absoluere voluerit arduam quæstionem, quę posset incurrere super maioratu, si videlicet de eius successione patruus & nepos quandoque contenderent.

Secūdo considerari potest, quod verosimile non videatur, Regem Ioannem pro filio secundo genito, contra nepotem, voluisse legem cōdere. Quippe olim erat hæc quæstio ardua, & adeo posita in difficili: vt constare non posset, vtra verior, aut receptior esset opinio, vt apparet ex his, quæ sup̄ hac quæstio-

ne scribunt Ioannes Cirier in tract. primogeni. q. 25. lib. 1. & Philip. Dec. cons. 443. in princi. Andre. Tiraquel. in tract. primogeniorum. q. 40. Enim verò quo tempore Portugallia sub eisdem Castellæ Regibus ad huc erat: iam lata fuerat in regno Castellæ constitutio, quæ ex prudentum virorum consilio & Hispaniæ consuetudine, nepotem, ex primogenito conceptum, filio secundo genito in maioratu pratu lerat. l. 2. tit. 15. Partita. 2. Ergo magis credibile est, quòd in tam controuersa & ambigua quæstione Rex Ioannes in fauorem nepotis inclinauerit. Sic enim progenitorum suorum Regum Castellæ sententiã & legem imitabatur: Hispaniæ consuetudinem retinebat: & denique eam legẽ inducebat eisdem prouincijs, quæ olim eidẽ legi subiectæ fuerat.

Tertiò in fauorẽ nepotis considerari possunt verba. §. 15. eodem tit. Quibus expressim dicitur, quòd viuente patre vltimo possessore, ratio habetur filij primogeniti, cui bona maioratus debentur ex lege mentali. Ergo lex mentalis credi debet, ad maioratũ inuitasse, non tam filium qui maior deprehederetur tempore mortis paternæ; quàm filium qui primogenitus fuisset. Proinde lex mentalis, quæ cœpit respicere primogenitum in vita patris: significauit, quòd ius illud primogeniti, in spe consilès, transmitti

potuit in nepotem, si videlicet primogenitus ipse filius viuo patre decederet. Sic enim Vlpianus in l. 1. §. Si impuberi. in fine. ff. De colla. bono. scripsit, præmaturam esse speciem collationis: cum adhuc viuat is, de cuius bonis quarta debetur. Et similiter ex his verbis, quibus ex pressum est, quartâ deberi arrogato impuberi: Accursius ibidē in verb. debetur. collegit, quòd licet impubes arrogatus nō teneatur cōferre spem quartæ, viuo eo qui arrogauit: si tamen decedat in vita eiusdem arrogatoris, spem quartæ in hæredem transmittit. Quod ita ex Vlpiani & Accursij sententia collegit Ioan. Andreæ ad Speculat. De feudis in fine. Et ex hoc intulit, quòd similiter primogenitus, viuo patre decedens, transmittit ius illud, quòd in spe habebat, in hæredem suum filium ad patrum exclusionem. Sed & antecum Vlpiani sententiam in fauorem nepotis induxerat Odra. conf. 224. Istæ sunt allegationes. n. 37. & deinde Alberi. in prohemio. ff. Veteris §. Discipuli. n. 22. & Abbas consil. 85. In præsent. nu. 6. ad finem lib. 1. Præposi. Alex. in cap. 1. col. antepen. vers. Non obstat. 14. De feudo Marchiæ in vsib. feudo. Anto. de Rosel. in tracta. De succes. ab intestat. n. 78. & Ioan. Cirier in tracta. primogeni. lib. 1. q. 25. n. 24. Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius, in verb. In

eodem testamento. o. i. n. 189. Detesta & nouissimè
 Andre. Tiraquel. in tracta. primigenio. q. 40. n. 35.
 Ergo quū lex Regia vtatur eisdē verbis, quibus Vl-
 pianus vsus est: pronū est eodem modo argumēta-
 ri, quòd si ex lege debentur dicta bona primogeni-
 to, possit primogenitus, in vita patris decedēs, ea in
 filium suum transmittere.

Quartò eadē verba. d. §. 15. aliter videntur posse
 induci vt probent, primogenitum, cui ea bona de-
 beri dicuntur, posse ea transmittere in nepotem:
 quanuis patre adhuc viuo moriatur. Consideran-
 dum enim est, quòd & si lex mentalis designauerit
 vnum ex liberis masculum successorem: hic mas-
 culus successor originem iuris sui præten-
 dit ex con- tractu donationis inter viuos, quam Rex fecit pri-
 mo donatario, argumen. l. Quoties. C. De dona-
 quæ sub modo. Habetur in ea lege, quòd si tibi
 donauero prædium, vt post mortem tuam deue-
 niat ad Petrum: dabitur actio Petro post mortem
 tuam, vt iuxta donatoris voluntatem id prædium
 consequatur. Porrò donationes, quas Rex alicui fe-
 cit per modum maioratus: tractari, & censerī de-
 bet iuxta eam. l. Quoties. vt voluit Oldr. conf. 224.
 Istæ sunt allegationes. n. 28. Aluoro. in cap. 1. §.
 Hoc quoque col. fi. De successio. feudi. Philip. Dec.

cōf. 445. In casu. n. 47. Rode. Xuar. in repet. l. Quoniam in prioribus, in quæstione maioratus posita in fine, C. De inoffi. testa.

*¶ Spem actionis
tertius an trās-
mittat in casu.
l. Quoties C. de
dona. que sub
modo.*

Videamus igitur, si in proposita specie d. l. Quoties. Petrus viuo donatario decederet: vtrum hæres Petri posset, post mortem eiusdem donatarij agere ad prædium, quod Petro, si super vixisset, sine dubio deberetur? Et quidem Ioá. Andreae ad Specula. tit. De instru. editio. §. Nunc aliqua, in verb. Per superiora in fine, videtur sensisse, quòd prædium liberè manere deberet apud donatarium, si viuo eo Petrus decesisset. Sic enim locutus est, quasi Petrus esset comparandus fideicommissario, qui planè spem fideicommissi conditionalis in hæredem nõ esset transmissurus. l. Hæres meus, cum vulga. ff. De conditio & demonstra. Idem probauit cum Ioáne Andrea Grego. Lupus, ita intelligens & declarans. l. Partitæ. 7. tit. 2. Parti. §. in penul. schol.

Mihi autem verius videtur, quòd prædium hæredi ipsius Petri debeatur post mortem donatarij. Si quidem Petrus non fuit comparandus fideicommissario: sed magis ei, qui etsi stipulatus nõ fuerit, quasi ex contractu vocatur. Vnde spem actionis hæredi suo reliquit, argumè. d. l. Quoties, in fi. cū glo. fina. & §. Ex cōditionali, in sti. De verbo obligatio. Idq; ita ve-

rum

rū esse crediderūt plerūq; autores, qui hac ratione argumentati sunt, quòd primogenitus, viuo patre decedens, spem, sibi ex donatione Regis competentē, in heredem suū transmittit. Quod in terminis, argumento. d. l. Quoties, in fine, collegit Ioā. de Lauduno iuris ciuilibus doctor ab Oldra. relatus. d. conf. 224. n. 28. in fi. & idē probauerūt argumento. d. §. Ex conditionalī. Abbas. conf. 85. n. 2. & 3. li. 1. Paul^o Castres. conf. 164. In causa. n. 7. lib. 2. Matthæus de Affli. in cap. 1. n. 26. vers. Vndecimo arguitur. De successio feudi, Philip. Dec. cōf. 443. fina. col. vers. Et ita etiā. Secūdum quæ lex Regia, quæ expressit, bona Regiæ coronæ deberi primogenito in vita patris: vtiq; significasse intelligitur, ita deberi, vt primogenitus spē, heredi suo posset relinquere: quoniam vtiq; origo debiti ex contractu descendere videatur.

Quintò hanc fuisse legis mentalis sententiā, arguit respectus & ratio eiusdē legis. Métalis enim legis propositum est, bona Regiæ coronæ ad eādē coronā, vnde exierunt, reuocare: vt habetur eo. tit. §. 18. Porrò lex ad hunc finem multò facilius peruenire animaduertitur, si nepotem primogeniti filium patruo anteponat. Nā quia plerūq; nepos in ea ætate successurus sit, in qua per ætatem nondū iustum filium habere possit: futurum est, vt eo sine liberis

defuncto



defuncto, bona ad Regiam coronam faciliùs reuertantur. Quod similiter non eueniet, si ad filium secundogenitum seu maioré, qui tempore mortis paternæ reperiatur, bona deuoluantur, nepote excluso.

Sextò quasi fortissimum huius opinionis argumentum adducitur, quòd idem Rex Ioannes, legis mentalis autor, testamento suo specialiter cauit, quòd si se viuo primogenitus filius Eduardus decederet: regnum pertinere debebat ad D. Alphonsum nepotem suũ, ex Eduardo conceptũ: non verò ad D. Petrum filium suum secundo genitum. Non igitur credibile est, quòd ipse contra suam legem mentalé, quidquàm statuisset in supremo suo testaméto. Proinde testamento suo videtur declarasse, quòd in bonis Regiæ coronæ nepos, ex primogenito filio conceptus, debet excludere filium secundogenitum.

Sed tamé his & alijs argumétis minimè obstantibus, fortiter defendendum est, quòd ex verbis & sententia legis mentalis filius secundò genitus prælatus est nepoti. Idque ita verius esse, remota etiam rerum iudicatarum authoritate, sequentibus argumentis demonstratur.

Primò considero, quòd lex mentalis in constitutione maioratus, non vocat ex liberis vltimi possessoris maiorem ætate in a sculum, aut primogenitum:

obstantibus

sed

sed magis vocat filium. Ergo interpretandum videtur, quòd ea lex non solum donationes, latius conceptas, ad modum maioratus restrinxerit: sed etiã pariter demonstrauerit, filium, excluso nepote primogeniti filio, esse admittendum. Namq; vbi lex constituit maioratum, cumq; defert, non primogenito, sed filio primogenito: difficilem quæstionẽ patri & nepotis exclusisse intelligitur, & patrum qui filius sit, nepoti prætulisse. Hæc Baldi traditio fuit in l. Vt intestato. ad finẽ. C. De suis & legi libe. quam Rapha. fulgos. Paulus Castrenf. & Philip. Corn. ibidem probauerunt, & Alex. n. 4. las. n. 45. in. l. Is potest. ff. De acqui. hæredi. vbi & Robertus Marantha in rep. n. 208. idem visus est sequi. Sed & Andre. Tiraquel. in tracta. primogenio. q. 40. præfert quidem in re dubia patruo nepotem: sed in hac specie Baldi sententiam haudquaquam refutauit. n. 219.

Secundò confidero illud sequens adiectiuum, maior, quòd ad etatem referri, omnes agnoscunt, & deducit Alex. cõf. 4. Ponderatis. n. 2. lib. 4. Planè et si verba hæc, filius maior, & filius primogenitus, videãtur prima facie idem omnino exprimere, uti Abbas docuit conf. 85. n. 3. vers. Secũdò hoc probatur lib. 1. cum alijs authoribus relatis ab Andrea Tiraquel. in. d. lib. primogenio. q. 1. n. 12. re uera non idem significant.

¶ Filius maior non idẽ significat, quòd filius primogenitus.

ficat. Hoc enim adiectiuū, maior, filio secūdo genito magis commodat, vt nepoti preferatur: quā adiectiuum illud, primogenitus. Si quidem filius hic secundo genitus non potest dici verè primogenitus: quoniam qui verè primogenitus fuit, viuo, patre decessit. Vnde hic secundo genitus filius non potest dici primogenitus: nisi per quandam interpretatiōē, habita videlicet ratione, q̄ hoc successionis tempore non extat primogenitus, qui decessit. Ceterū idē filius verè et sine vlla interpretatiōe potest dici maior ætate. Differentiæ ratio in eo est, q̄ primogenitus habet participium præteriti temporis, quod verificatū fuit in ipso nascendi tempore. Cōtrā hoc adiectiuum, maior, nullam relationem habet ad præteritum nascendi tempus: atque ideo aptatur optimè præsentī tēpori, quo de successione agitur. Hæc subtilis differentia colligitur ex eo quod in simili scribit Paulus de Castro. conf. 164. n. 5. vers. Ad secundum respondetur, lib. 2. vbi distinguit significatiōē primogeniti, à significatiōe proximioris. Et in terminis hanc differentiam cū iudicio expendit Alex. conf. 4. Pōderatis. n. 13. vers. Itē iura et rationes lib. 4. & Ioā. Lupi in rep. Rubricæ De dona. inter virū & vxō. §. 69. in fine, & ex sentētia Alexā. Andre. Tiraquel. in d. q. 40. n. 160. et Alci. Parergon lib. 8. cap. 15.

Tertio

Tertiò grande argumentum huius sententiæ colligitur ex illis sequentibus verbis eiusdè. l. mentalis. *Siquem por morte do possuidor ao seu filho mayor que delle ficar*. Quippe cum verba successiois referantur ad filium maiorè, qui tẽpore mortis paternæ super fuerit: sublata est ardua patrum & nepotis quæstio. Nec enim ratio vlla haberi potest primogeniti, qui in vita patris decesserit: quia inspicienda sit omnimodo qualitas eius, qui superesse deprehenditur filius maior tempore mortis paternæ, argu. l. Ex facto. §. pen. in princ. ff. Ad Trebel. Cuius. §. argumento dixit Bal. in. l. 2. col. 1. ad finem, C. De iure emphyteu. quòd si concedatur emphyteusis cù pacto, quòd non transeat nisi ad primogenitũ, inspiciendum est quis sit primogenitus tempore mortis illius qui suscepit emphyteusin. Mouetur eo, quòd cum successio habeat naturã relationis ad tempus mortis, non intelligitur vocari quasi primogenitus, nisi qui maior reperitur tempore mortis. Idem probauit Iason ibidem. n. 121. & Alexan. & Vicen. de Hercula. in. d. l. Ex facto. §. pen. in prin. Carol. Ruy-nus cons. 192. Quæritur quis succedat. n. 18. lib. 2. Alcia. in. l. Proximus. ff. De verbo. significa.

Deniquè ex hac Bal. recepta sententia, colligebat fermè in terminis nostræ legis mentalis Socinus in

l. Si

l. Si cognatis. n. 5. vers. Ex quo infero. ff. De rebus dubi. q. si Rex bona donauit alicui, vt post mortē eius succedere debeat filius eius maior: non potest esse cōtrouersa quæstio inter patruū & nepotem. Siquidē hūc verbis manifestè deciditur quæstio pro filio aduersus nepotē, ex primogenito conceptum. Quod etiam latius asseruit Ioā. Sadole. doctor Mutinensis, in eadem. l. Si cognatis, col. 1. vers. Et potest induci, vbi cōcludit, quod licet in illa vulgata quæstione patruī & nepotis, vera sit forte opinio, quod nepos ex primogenito susceptus, patruo præferatur: vbi tamen verba loquuntur de filio maiore, referendo dispositionem ad tempus mortis & successionis, cessat controuersa quæstio: & patruus omnimodò admitti debet.

Confirmo hāc eandem inductionē, ex decisione Bonifacij Pontificis, cuius vestigium extat in Clemen. Pastoralis, De re iudica. Nec quis putet, esse hanc vulgarem allegationem eius Clemētina: quasi probetur ibi, Robertum patruum fuisse prælatū nepoti Regi Vngariæ, in successionē regni Apulię. Ego enim nondum de iure disputationem suscepi, qui hætenus egerim de legis mētalis sententia. Illud igitur expendo, quod cum verba constitutionis, ex quibus pēdebat successio Regni feudalis, ambigua essent

essent, & Bonifacius iure vel iniuria (quod modò nō disputo) vellet ferre sententiã diffinitiuam pro Roberto: declarauit in sua bulla constitutionem illam in fauorem Roberti. Declarauit (inquã) quòd in constitutione ille debebat intelligi primogenitus ad succedendum in Regno Apuliæ, qui esset maior tempore mortis illius, de cuius successione ageretur.

Quod ita retulit Matthe. de Affli. in cap. 1. n. 119. vers. Et profecto. De natura successio. feudi. Ergo si Bonifacius Pontifex sapientissimus controuersam, & pendẽtem quæstionẽ, absoluit pro Roberto, hoc ipso, quòd constitutionem declarauit prædicto modo: consequẽs erit dicere, quòd Rex Ioãnes habuit quæstionem pro decisa, in fauorem filij, eo ipso quòd in lege mentali vocauit filium maiorem, qui tempore mortis paternę superesset.

Quartò argumentor: quòd hæc interpretatio legis mentalis accipienda sit, ex iudicio & autoritate Regis Eduardi, & Iurecõsultorum illius temporis. Si quidem quũ plurima dubia, quæ occurrebãt circa interpretationem legis mētalis, fuerint proposita & decisa in eodem tit. 17. constare inter omnes debet, quòd hoc dubium, quasi principale, & fama celeberrimũ, specialiter propositũ & decisum fuisset: nisi crederetur absolutum satis esse ex verbis dictæ legis

etæ legis mentalis. Oportet igitur, ex verbis legis mentalis colligere decisionem huius quæstionis, aut pro filio contra nepoté, aut pro nepote contra filiū. Vtique autem oportet colligere clarā decisionem: quoniam lex debet esse clara & manifesta, vt habeatur in Authē. De testamen. imperfe. §. 1. colla. 8. & in cap. fin. in prin. De constitutio. Enimveró nullo colòre dici poterit, quòd verba legis mentalis sint clara & manifesta, pro nepote cōtra patrum. Hinc coacta ratione euinci videtur, quòd ex verbis legis clāris & manifestis, quæ in filij fauoré aptari queūt, colligi debeat clara & manifesta legis sententia & decisio, pro filio contra nepotem.

Quintò pro hac parte allegari solet lex Regia lib. 4. tit. 62. §. *E finandose*, coniuncto. § pen. vbi continetur, q̄ si Rex bona Regiæ coronæ in emphyteusim concesserit alicui, & personis post illum nominādis: & emphyteuta ab intestato decesserit, nullo nominato, emphyteusis per modum maioratus acquiratur. Sic autem acquiratur, vt si emphyteuta decesserit, relicto filio secūdo genito, & præterea nepote, qui ex prædefuncto filio primogenito conceptus fuerat: admittatur filius secundo genitus ad emphyteusim, nepote excluso. Nec quisquam facilè idoneā aliquam rationē poterit excogitare, quæ has species distinguat

quum in vtraq; specie bona Regiæ coronæ per modum maioratus deferatur. Vnde credibile est, quòd idcirco ea lege Regia filius nepoti manifestissimè fuit prælati, quoniam lex Regia mentalis manifestè eundem filiù eidem nepoti prætulerat in maioratibus bonorum Regiæ coronæ. Quòd si idem. §. d. lib. 4. circa emphyteusin dixisset, admittendū fore ex liberis emphyteutæ filium, qui tempore mortis paternæ maior etate superfuisset: satis manifestè explicasset, nepotem ex primogenito excludi. Proinde non fuisset necessarium, singulariter exprimere, quod filius præferri deberet nepoti, etiam qui ex primogenito filio conceptus esset. Denique verbis legis aliquando generalibus, aliquando specialibus, casus deciduntur, & vtroq; modo expressim, vt colligitur ex his, quæ in simili distinguit Bar. in l. i. n. 7. ff. De vulga.

Sextò & vltimò fortissimum argumentum huius sententiæ affero, collectum ex eo, quod idem Rex Ioannes comprehendit in eiusdem. l. mentalis. §. 3. cuius verba hæc sunt.

Quando per morte do possuido das terras da coroa do Reyno ou de algũs bẽs, e de cytos da coroa, nam ficar tal filho barão, nem neto barão legitimo, filho de filho barão lidoimo, a que deuo ficar.

Hunc. §. quū olim Eboræ in Senatu legisset Rex

B

Emma-

Emmanuel, nostri Regis SEBASTIANI proauus, anno CHRISTIANÆ salutis. M. D. XIX. dixisse fertur, quòd eo. §. videbatur decisa quæstio pro filio contra nepotem. Et sanè quum primò filium, ac deinde nepotem nominauerit legislator: credendus fuit, filium nepoti prætulisse, argumento. §. In fideicommissio. l. Cum ita. ff. De lega. 2. vt in simili expendit Paul. Castren. cons. 164. In præsentia causa n. 2. col. 2. in fin. lib. 2. in donatione facta ab Rege Castellæ per modum maioratus.

Ego autem, vt eum. §. aliter in eadem sententiam possim inducere: obseruo, quòd ibi legislator attingit casum, quo vltimus possessors moriès filium non reliquerat, verbis legis mentalis vocatum: & propterea bona Regiæ coronæ, faciebant trāsitum de auo in nepotem. Hoc igitur loco expendere oportet, quòd totus propositæ controuersiæ cardo in eo verti videtur, vtrùm lex mentalis omnem suam intentionem contulerit in quècumque filium, vel secundò, vel tertio genitum, qui modo maior deprehenderetur tempore mortis paternæ: an verò magis in filium, qui primogenitus fuisset, & maioratus spem viuo patre habere cœpisset: & consequenter in huius primogeniti filium. Et si quidem lex mentalis, totam suam intentionem contulit in quècumque filium

lium legitimè natum, qui maior depræhenderetur tempore mortis paternæ: nunquam in nepotem, huius filij filium, transire potuit maioratus successio ab ultimo possessore auo. Ratio euidenter manifesta est, quia videlicet si eiusmodi filius patri superstes fuit: maioratum sibi acquisiuit. Vnde maioratus de persona huius filij transiit in eiusdem filium, iuxta legem mentalem in §. 1. Sic demum dici non potuit, quòd maioratus in hac specie transeat immediatè de auo in nepotem. Contrà si lex mentalis intendit prouidere filio primogenito, & deinde liberis primogeniti: in promptu est dicere, quòd de auo, ultimo possessore, transibit maioratus ad nepotem, qui filius sit huius filij primogeniti.

Attende igitur, & subtiliter considera, quòd legislator non potuit in hoc §. 3. dicere: quòd de auo transfret maioratus ad nepotem, filium huius filij, quem lex mentalis in dicto §. 1. priore loco inuitauerat. Nimirum quoniam proximè in eodem §. 1. verbis clavis non obscuram sententiam expresserat: & eum demum ex liberis ultimi possessoris, priore loco ad maioratum vocauerat, qui filius maior tempore mortis eius depræhenderetur. Ex diuersò si legislator intendisset, primogenitum filium, & eius liberos præferre

B ij filio

filio secundo genito: ad hunc modum planè concipere eiusdem, §. verba debuisset.

Et quando per morte do possuidor, &c. nam ficar tal filho barão, nem neto barão legitimo, filho do tal filho a que deuem ficar.

Deniq; cum legislator eum demum filium, qui patri ultimo possessori maior superfuisset, ad maioratum inuississet, & primogeniti, qui in vita patris decessisset, nullam rationem habere vellet: non potuit, ex persona alicuius patris prædefuncti, certum aliquem nepotem demonstrare, cui dicta bona deberent remanere.

His argumentis concludo, legem mentalem ita esse latam, ut filium nepoti prætulerit. Cui sententiæ superiora, contrariæ partis, argumenta non obstabunt, quoniam omnibus ex ordine responderi potest.

Et primò non obstat primum argumentum, quoniam responderetur, verum quidem esse, quod ante legem mentalem non poterant contendere patruus & nepos, de maioratu bonorum coronæ. Cæterum interpretandum est, quod legislator eisdem verbis quibus donationes latius conceptas ad modum maioratus reuocauit, disertè etiã designauit personam successoris. Atque ita disertè designauit, ut quæstionem quæ nouè induceretur patri & nepotis, satis manifestè excluderet, secundum ea quæ supra ostendimus.

Secundò non obstat secundum argumentũ: quoniam respondetur, q̄ Rex Ioannes non habebat exemplum progenitorum Regũ Castellæ in hac quaestione. Erat enim cõdita lex Partitæ. 2. tit. xv. Part. 2. quæ utique nepotem in successione regni patruo præferbat. Verùm nec ex verbis, nec ex sententia eiusdem legis Castellæ, rectè colligi poterat, quòd in bonis donatis à Rege per modum maioratus, nepos patruo esset præferendus. Deniq; hac de causa post tempora eiusdem Regis Ioannis, lata fuit à Castellæ Regibus. l. 40. Tauri. vt nepos, qui nondum patruo in alijs maioratibus prælatus erat, noua lege præferretur.

Tertiò non obstat tertium argumentum ex lege Regia eiusdẽ tit. §. 15. coniuncto. §. Si impuberi. l. 1. ff. De colla. bono. Etenim argumentum fortiter retorquetur, si consideremus, maioratum quasi ex constitutione Regia deferri: vt exemplo quartæ, quæ debetur arrogato impuberi ex Diui Pij constitutione, spes eius non transmittatur. Si quidem Vlpiani verba hæc sunt.

Si impuberi arrogato secundum Diui Pij rescriptum quarta debeat, videndum est, an si patris naturalis bonorum possessionem petat, conferre quartam debeat? Quæstio in eo est, an heredi suo relinquat quarta actio-



uem, annon. Et magis est, ut ad heredem transferat: quia personalis actio est. Igitur etiam de quarta conferenda cauere cum oportebit: sed hoc ita demum, si iam nata est quarta petitio. Ceterum si adhuc pater adoptiuus uiuat, qui eum emancipauit: dicendum est, cautionem quoque cessare. Prematura est enim haec species collationis, cum adhuc uiuat is cuius de bonis quarta debetur.

De intellectu. §.
Si impuberi. l. 1.
ff. De colla. bo-
no.

Quo loco Ulpianus magis sentire videtur, quod si is, qui impubes arrogatus, & ab eodem sine causa emancipatus fuit, uiuo eo qui arrogauit, vita decedat: nihil ex spe quartæ in heredem transmittit. Quod ita ex Iureconfulti sententia collegerunt Iacob. & Albe. in eo. §. vbi & Bart. hoc videtur sensisse. Hoc idem probauerunt Cynus & Albe. in l. 2. C. De adoptio. Signo. de Homo. n. 17. vers. Octauo quaeritur. & Bart. n. 19. in rep. l. Si arrogator. ff. De adoptio. Nicola. de Neapo. Ioan. Fabri Bart. Angel. de Aret. & Iason ad Portium in. §. Cum autem, Insti. eo. & sensit manifestè Alex. in l. Si cum dotem. n. 13. vers. Mihi magis placet. ff. Solu. matrimo.

Vnde & Lucas de Penna. in l. 1. col. 6. vers. Item sicut feudum. C. De his qui in sacro pala. mili. lib. x. & Matthe. de Affli. in cap. 1. n. 54. De successio feudi, hanc eandem interpretationem retinentes, argumentum collegerunt, quod quemadmodum quarta

quarta, debita ex constitutione Diui Pij, non transmittitur, si viuo adoptiuo patre decedat is, qui impubes arrogatus fuit. d. §. Si impuberi: ita quæque primogenit^o, qui in vita patris mortuus sit, nihil ex spe, quam habebat, in hæredem suum potest transmittere.

Denique licet ingens sit autorum concertatio super intellectu & inductione. d. §. fin. equidem resoluo, hanc posteriorem interpretationem, videri esse cõuniorem, secundum ampliorẽ numerũ Doctorũ, quos supra allegaui. Resoluo etiã, non solum videri cõuniorem, sed etiam esse veriorẽ. Quippe Ulpianus initio scribit, quod si iam esset nata quarta petitio, quia arrogator decessisset: tunc arrogatus teneretur, eam conferre suis hæredibus illius cuius bonorum possessionem ipse peteret. Mouetur, quoniam mortuo arrogatore, quarta ita esset in bonis arrogati: vt in hæredes trãsmitti posset. Proinde concludit, quartam hoc casu vel re, vel cautione esse conferendam: quæ duæ sunt collationis species. l. i. §. Iubet. ff. eo. tit. Caterum si viueret is, qui impuberẽ arrogasset, & sine causa emancipasset, tunc quia nõ poterat tractari de collatiõẽ quartæ, nisi per modum cautionis: l. reconf. hanc speciẽ collationis negat. Deniq; significauit, spẽ huius quartæ in hæredẽ

non transmitti: quoniam vtique si transmissio huius
spei locum haberet, habitura quoque videbatur lo-
cum collatio eiusdem spei per inodum cautionis, ar-
gumen l.2.§. Id quoq; ff.co.tit.

Ex quibus apparet, irritum deprehendi argumē-
tum, quod vtriusq; iuris autores ex.d.§. Si impube-
ri. nō rectè intellecto, collegerūt, ad persuadendum,
quòd primogenito ita bona maioratus deberentur:
vt si viuo patre decederet, in filium posset spem eorū
transmittere. Apparet etiam, dissolutum esse argu-
mentum, quod contra filium pro nepote videban-
tur præstare verba legis Regiæ.d.§.15. Nam & Vl-
pianus scribit, de bonis arrogatoris quartam deberi
ei, qui impubes arrogatus fuit. Et tamen vera & ne-
cessaria aptatur interpretatio, vt nihilominus intel-
lexerit Iurecōs. q̄ si arrogatori præmoreretur arro-
gatus, nihil in hæredem suum transmitteret. Quo
exemplo dicemus, non esse duram, nec incognitam
interpretationem eorum verborum, **Do filio primo
genito a que a terra he deuida por bem da dita ley.**
si negemus, argumento eorum verborum colligi,
quòd primogenitus, viuo patre decedēs, spē bono-
rum in hæredem transmittat.

Quartò non obstat quartum argumentū ex eo-
dem.§.15. aliter collectum. Nā & si cōsiderari potu-

erit, spem primogeniti non tantum ex legis cōstitu-
 tione, sed etiam ex contractu donationis descende-
 re: non protinus sequitur, q̄ hæc spes in filium pri-
 mogeniti trās mittatur. Si quidem ius ipsius primo-
 geniti ita est personale, vt in alium transire nequeat:
 vt̄ respondit huic argumento. d. §. Ex conditionali.
 Philip. Dec. conf. 443. fina. col. vers. Et ita etiam.

Aliter etiā responderi potest ex Antonio Rube.
 conf. 199. In contractu matrimonij. n. 10. vbi dicit, q̄
 hoc ius, quæsitum primogenito ex donatione, quæ-
 ritur reuocabiliter, si videlicet superuixerit.

Ego autem respondeo, q̄ lex mentalis. d. §. 1. eū-
 dem filium vocat, qui maior supererit tempore
 mortis paternæ. Ergo primogenitus, & si spem ha-
 bere cœperit, q̄ erit filius maior tempore mortis, &
 succedet patri in maioratu: nō tamen habet spē cer-
 tam, sed quasi conditionalē, videlicet si patri super-
 uixerit. Quare si viuo patre decesserit, quasi condi-
 tione defectus intelligitur: vt nec ex cōtractu trās-
 mittere possit spem defectam & irritam, vt in no-
 stris terminis agnouisse videtur Abbas conf. 85. In
 præsentī quæstione. n. 3. vers. Secundò principaliter,
 & n. 4. lib. 1. Porrò lex Regia in. d. §. 15. bis quidem
 exprimit ea verba, Filho primogenito a q̄adita ter-
 ra he deuida. Caterum eadē lex bis subiicit, Por bē

da dita ley. Ergo intellexit, non aliter primogeniti
 deberi, quàm si patri superuixerit, iuxta. d. l. menta
 lem. §. i. ad quam se retulit: coniuncto eo quod ob
 seruat Bart. in extrauagã. Ad reprimendum. in verb
 provt. vers. Et tunc si per hanc dictione. & Ioã. Croc
 in. i. repet. l. Si cõstãte. n. §. ff. solu. matri. Et hãc fuit
 se Regis Eduardi sententiã in. d. §. 15. manifestè ar
 guit eiusdẽ Regis verba. in. §. 17. ibi, *Se a esse tẽpõ*
viuo for, segundo forma da dita ley. Deniq; cum age
 retur de patre, qui vellet in filios, secundo aut tertio
 genitos, bona Regiẽ coronẽ titulo donationis trans
 ferre: de præiudicio filij primogeniti appositè tra
 ctatũ est. Ille enim erat, qui si patri, secundum natu
 rã simul & parentũ cõmune votũ, superuiveret, suc
 cessurus erat ex demõstratione legis mëtalis. d. §. i.
 Quintò non obstat quintum argumẽtum: quo
 niã consideratio, in eo argumẽto habita, potius in
 contrarium inclinãt. Proprium enim est Regiẽ ma
 iestatis, beneficia, quẽ contulit, ille sa conseruare: vt
 in Authẽ. Consti. quã de dignita. §. Illud. colla. 6. &
 in Authẽ. De referenda sacri pala. in princip. cum
 glosa. in verb. propriũ. Colla. 2. Tradit cõtra Andr.
 de Baru. Lucas de Pẽna. in. l. Qui fũdos. col. 2. C. De
 omni agro deserto. li. 11. Vnde maximè Regibus cõ
 uenit illud. *Quod scripsi, scripsi; quoniam scriptũ*
est

est, Quæ processerūt de labijs meis, nō faciā irrita;
 Proinde verus & bonus Princeps debet habere vñ
 calamum & vnā linguam, & non plures linguas:
 & debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut
 polus in coelo. Verba sunt elegantia Baldi conf. 327.
 Pridie. n. 4. lib. 1. quæ ex parte retulit Dec. cōf. 197.
 In casu inquisitionis, in fine. Cū tamen hisce dona-
 tionibus modus fuerit iniectus ex lege mentali: di-
 ximus, non iniuste id constitutum, videlicet propter
 magnam detrimētum, quod Regiæ coronæ infere-
 batur, si donationes iuxta verborum tenorē serua-
 rentur, vt .d. §. 18. Consideremus igitur, ita magni
 huius detrimenti habendam fuisse rationem: vt si
 vocato filio maiore, id magnum detrimentum ces-
 saret: non vocaretur nepos. Hoc & Regiam ma-
 iestaté magis decebat: hoc postulare videbantur mē-
 rita eius, qui perpetuò duraturam donationē acce-
 perat. Vtiq; enim vocato nepote, inhumanitas quæ-
 dam exerebatur, quòd scilicet is sine iuris communis
 ratione aduersus communia patrum vota successor
 designaretur, quo propter imbecillitatē & tatis faci-
 lius sine liberis extincto, facilius extingueretur dona-
 tio. Planè vbi causa dirimēda est Augusto remedio,
 illa pars eligi debet, quæ faciat donationes, & ma-
 ximè ipsius Principis firmas esse: quū nihil aliud tā
 peculiare

peculiare sit Regiæ maiestati, quàm humanitas, Pe
quàm solam Dei seruetur imitatio, vt scriptum est
in. l. fina. vers. Cum itaque. C. De donatio inter vi
rum & vxo.

Sextò non obstat vltimum argumentum, addu
ctum ex testamento Regis Ioannis, qui & ipse fue
rat autor legis mentalis. Nam etsi huic argumen
to non videantur, iustè satisfecisse hi, qui hæstenu
partes filij secundò geniti contra nepoté defende
runt: ego puto, satisfieri posse. Defendemus enim, di
uersum ius, & diuersam iuris rationem esse in ipsi
us regni successione: atque est in bonis Regiæ coro
næ, per modum maioratus donatis. Quod suo loco
fusiùs à nobis demonstrabitur.

Concludo itaq; nō esse dubitandū, quin legis mé
talis lator Rex Ioannes controuersam patruī & ne
potis quæstionem excluderet in maioratibus bono
rum Regiæ coronæ. Excludit enim quæstionem eo
ipso, quòd in primis vocauit possessoris filium, qui
maior ex eo superesset tempore mortis. Quocirca
et si multa argumenta considerari potuissent in ca
lege mentali condenda, quæ suadere viderentur, ne
potem primogeniti filium patruo esse præferendū:
post legem latam non fuit liberum de lege lata iu
dicare: sed oportuit, secundum ipsam iudicare.

cap. In istis. 4. distinctio. Denique hoc ita in Senatu Regio sapius iudicatum accepimus: & nouissime in causa domini Roderici Lobo, qui in Baronatu Aluitensi prælatus fuit nepoti, primogeniti filio.

Iam verò vt inuictissimi & sapientissimi Regis Ioannis legem metalem & Iureconsultorum Lusitanorum, ex quorum consilio lex fuit cõdita, veterem & bene fundatam peritiam excusamus, difficilem iuris quæstionem aggrediamur. Fortassis enim doctioribus persuadebimus, non solum humaniorem fuisse legem, quæ filium nepoti anteponeret, vt colligitur ex his quæ in responsione ad quintum argumentum modò præstrinximus: sed etiam illud arduum, quod secundum iuris ciuilis rationes ita magis respondendum erat.

Vt igitur probem, quòd iuris ciuilis rationibus magis congruebat, filium nepoti præferre in huiusmodi maioratu: talem argumentationem conficio. Nepos in ea successione materia, in qua iure non potest in locum patris mortui succedere, sicut patrem suum representare: nec quidem iure potest, de maioratu contendere cum patruo. Sed materia successione in bona Regiæ coronæ, quæ Reges donauerunt, est eiusmodi, vt nepos iure nequeat in locum

patris

Humanus & iustus fuit, in maioratu bonorum Regiæ coronæ patrum nepoti præferri.

patris succedere, nec cum repræsentare. Ergo nepos de huiusmodi maioratu bonorū Regiæ coronæ non potuit iure contendere cum patruo: & planè patruus fuit ei præferendus. Cùm verò conclusio bene sequatur ex præmissis: maiorem & minorem propositiones ex ordine sic probo.

¶ Patruus nepotem excludit in ea maioratus successionē, quæ nō admittit repræsentationē.

Et primùm maior propositio mihi comprobatur autoritate Nicolai de Matharel. in l. fina. C. De iurisdictione. omni. iudi. quem retulit Bal. in l. Libertati libertæque. n. 18. C. De operis liberto. vbi docuit, quòd si sumus in his, in quibus non datur repræsentatio seu successio nepotis in gradum primogeniti prædefuncti: iudicandum est pro filio contra nepotem. Hoc idem scripsit Ioan Andreae in additio. ad Specul. tit. De feudis in princ. col. 3. dicens, quòd patruus habet intentum, probato quòd filius non repræsentet personam patris. Idem præcepit Bart. in Authen. Post fratres. C. De legiti. hæredi. vbi text. habet, quòd filij succedunt in locum patris sui his demum casibus, quibus tractatur de successione hæreditaria ascendentium vel patris & amitæ &c. secus si tractetur de aliorum successione. Modò dixit ibi Bartol. quòd inde colligebatur ratio ad quæstionem, quæ fuit inter Regem Vngariæ & Regem Robertum super successione regni Apuliæ. Et cer-

tè (inquit Bartol.) quum regnum Apuliæ sit feudum ecclesiæ Romanæ: non habetur iure successi-
 onis, sed ex concessione dominica. Ideo quum non
 tractetur de successione aui vel patruï: ille nepos
 nõ assumit locum patris sui, vt hac Authen. & me-
 ritò fuit debitum Regi Roberto. Istam rationem
 ego feci, quam non faciunt DD. per istum mo-
 dum, nec tangunt eam. Hæc Bart. Ex cuius dictis
 colligitur asserta propositio, quòd videlicet vbi a-
 gitur de successione maioratus, in qua iure non
 admittitur representatio: maioratus pertinet ad
 filium, nepote excluso. Quam conclusionem ex
 Bartoli sententia probauerunt Raphael Fulgos.
 Paulus Castren. & Philipp. Corneus in ea Authen.
 Post fratres. sensit eam Alexand. censil. iij. Ponde-
 ratis .n. xj. versic. Et potissimè est in casu nostro
 lib. 4.

Hoc esse verum, agnouisse videntur omnes
 fermè authores, qui partes nepotis contra patruum
 secuti sunt. Vtique enim summum suæ sententiæ
 fundamentum in ea ratione constituerunt, quòd
 nepos ingrederetur in locum patris sui .§. Cùm
 filius. Insti. De hæredita. quæ ab intesta. deferun-
 vt patet ex his, quæ tradit Thomas Gramma. De-
 cisio. i. n. 16. versic. Potissimè per rationem illam.

Sed

Sed & Andre. Tiraquel in.d.q.40. prædicauit quidem.n.17. se partes nepotis semper sectatum fuisse. Cæterum in eadem.q.n.163. &.q.41.n.4. agnouit ex Bartoli sententia in.d. Authē. Post fratres, quod ubi iure non datur repræsentatio, causa filij secundogeniti potior est, & præualere debet contra nepotē. Denique hoc ita verum esse, doctissimi Castellæ Interconsulti significarunt, qui interuenerunt in condenda.l.40. Tauri. cuius verba sunt.

En la succession del mayorazgo, aun q̄ el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel a quien pertenesce, si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto o descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor por su orden preferan al hijo segundo; del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayorazgo pertenesca. Lo qual no solamente mandamos que se guarde y platique en la succession del mayorazgo a los ascendientes, pero aun en la succession de los mayorazgos a los transuersales, de manera que siempre el hijo y sus descendientes legitimos por su ordē representen la persona de sus padres, aun que sus padres no ayau succedido en los dichos mayorazgos.

Adeo enim prælationem nepotis consistere intellexerunt in eo, quod patrem primogenitum repræsentaret: vt contra iuris communis rationes induxerint

duxerint repræsentationem his speciebus, in quibus iure cõmuni repræsentatio nõ dabatur. Proinde senserunt rectissimè, quòd si repræsentatio nõ daretur: nepos patruo præferri nequiret. Et per hæc satis probata manet maior propositio.

Minor propositio probatur ex eo, quòd licèt pater & filius natura intelligantur esse vna eademque persona. l. fina. C. De impube. & alijs, & filius censetur portio corporis paterni. l. Cum scimus. C. De agrico. & censi. lib. x. & sit quædã patris caro aucta, secũdum ea quæ argumentantur. Oldra. d. cõs. 224. n. 35. & Ioã. And. ad Specula. in Rub. De feudis col. 4. & Bald. conf. 386. In Regno libero lib. 2. & Paul. Castrẽs. conf. 164. n. 3. lib. 2. solida iuris ciuili veritas est, quòd regulariter filius nõ est in eodẽ gradu cũ patre, qui eũ præcedit: nec quidẽ mortuo patre subintrat regulariter in eius gradũ, vt expressim probatur in d. Authẽ. Post fratres. C. De legi. hære. Vnde si libertus sine liberis decesserit, & ex patrono defuncto supersit filius, & ex prædefuncto filio nepos: filius solus ex iure patronatus ad bona liberti admittitur, quasi proximior patri: nec nepos cũ eo cõcurrit, qui gradu sit inferior. l. Si libertus præterito. §. i. ff. De bonis liberti. l. Tutela §. Si duo ff. De legi tuto. Sic regula cõstituẽda est, quòd si nepos velit succede

*Repræsentatio
fily & successio
in gradum patris
regulariter
locũ non habet.*

re iure sanguinis in ius, quòd auus moriēs habuit: excludi debeat à patruo, qui gradu eū præcedit, & proximior est. Si quidē representatio filij in locum patris prædefuncti locum non habet: nisi in casibus iure expressis, vt docuit Nicola. de Matharel. in. d. l. fina. C. De iurisd. omnium iudi. & Angel. Aret. eum referens, in. d. §. Cū filius. n. 7. Insti. De hæredi. quæ ab intesta. deferun. & Philip. Dec. conf. 1. n. 5.

Casus autē expressi, in quibus fallit regula, duo sunt. Vnus est, quoties agitur de succedēdo iure sanguinis in hæreditatē ascendentiū vel certarū personarū ex latere transuerso iuxta tex. in Authē. De hære. ab intesta. §. 1. & §. Reliquū. Colla. 9.

*Representatio
& successio filij
in gradu patris
quibus casibus
locum habet.*

Alter casus est, quoties agitur de successione feudali. Nam licet feudū non sit hæreditarium, nec agamus de succedēdo in hæreditatē: datur nihilominus representatio: quæ admodū si succederetur iure hæreditario cap. 1. §. His verò. De successio. fratrum vel gradibus succe. Et in hoc lapsus fuit Bart. in. d. Authē. Post fratres. qui nō perspexerit, regnū Apuliæ esse feudale, & in feudis esse representationem, vt in hæreditatibus. Quod cōtra Bar. cōmuniter. DD. ibi notarunt, & Abbas conf. 85. fina. col. lib. 1. cum alijs allega. ab Andrea Tiraquel. in. d. q. 40. n. 18.

Ex his colligitur, quòd si Rex donaret Petro cer-

ta prædia, vt post mortē Petri deuenirent ad eius li-
 beros in infinitū per modū maioratus: mortuo Pe-
 tro, filius eius maior esset admittendus ad maioratū,
 excluso nepote, qui conceptus fuisset ex filio primo-
 genito. Nā quia filius non succedit in hæc prædia, ve-
 lut in hæreditatem patris, sed succedit quasi filius ex
 concessione dominica, iuxta. l. Quoties. C. De dona-
 tio. quæ sub modo: consequēs esset, eum veluti proxi-
 miorē nepoti anteponi, argumēto. l. Cū ita. §. In fi-
 deicomisso. ff. De lega. 2. Hoc constat ex distinctiōe
 Nicolai de Mathar. l. in. d. l. fina. C. De iurisd. om-
 ni. iudi. quam referebāt Bal. in. l. Liberti libertæ que.
 n. 18. C. De operis liberto. & Ioā. Ciri. in tracta. pri-
 moge. lib. 1. q. 25. n. 8. & Andre. Tiraquel. in. d. q. 40.
 n. 220. Dicebat enī, q̄ si cōcessio maiorat⁹ esset feuda-
 lis: nepos patruo præferret̄ p̄pter repræsentationē,
 quæ in feudis admittitur. Si verò cōcessio dominica
 non esset feudal̄is, præferri debet patruus: quoniam
 hoc casu repræsentatio locū non habet. Hoc etiam
 cōstat ex Bartoli doctrina in. d. Authē. Post fratres.
 vbi intellexit, q̄ quādo maioratus nō iure successio-
 nis hereditariæ defertur, sed ex dñica cōcessiōe: regu-
 lariter nō admittit̄ repræsentatio. Et Bart. doctrinā,
 si cōcessio dominica nō sit feudal̄is, probasse videtur
 ibidem Rapha. Fulg. Paul. Castrés. & Philip. Corn.

Hoc idē ex sententia Bartoli vbi supra, probauit Rapha. Cuma. in l. Cum ita. l. §. In fideicōmisso. in fi. in vtraque lect. ff. De leg. 2. vbi dixit, quod si ab ecclesia quis accepit emphyteusin sibi & liberis suis, & decedens filium, & ex prāmortuo filio nepotem reliquerit: solus filius admittetur. Quod Alex. pbauit conf. 129. Perspectis. n. 5. lib. 5. & Anto. Rube. in repet. §. Quidam rectē. n. 135. & 136. l. Gallus. ff. De libe. & posth. & non allegata Bartoli sentētia, respōdit hoc idem Bened. de Bened. conf. 5. Et si viso.

Sed et si omnes hi autores hoc quod de emphyteu si ecclesiastica scribunt, inuoluant cū dubio articulo glo. in d. §. In fideicōmisso. in verb. proximo. vt etiā inuoluit. Tiraquel. in d. q. 40. n. 185. mihi videtur, q̄ non rectē vtrumq; articulū miscuerint. Nā vbi agitur de hominis dispositione, qui sit ascendēs vel patruius: oritur controuersia, vtrū sit admittēda repræsentatio. Cæterū si de alterius personæ dispositione agatur: cessat cōtrouersia illius glo. vt ex receptissima sentētia resoluit Dida. Couarr. Practi. quæstio. cap. vltimo. n. 5. vers. Decimò apparet. Porro vbi ecclesia emphyteusin Petro & eius liberis concederet: nō tā Petri persona qui est ascendēs: quā ecclesia ipsa cōcedēs inspicienda est. Hoc probatur, quoniā liberi ipsius Petri magis ab ipsa ecclesia, quā à parēte suo capere

¶ De intellectu
glo. in l. cū in ita
§. In fideicōmisso
so. in verb. prox.
mo. ff. De leg.
2. 20

C. ante penult.
est 3 minor
dine

capere emphyteusin intelliguntur, vt tradit Bart. in l. Mortis causa. ff. De dona. causa mortis & Iason in l. 2. n. 210. C. de iure emphyteu. Idē elegantius probatur autoritate Baldi in l. Cū acutissimi fina. verbis. C. De fideicom. vbi dicit, q̄ coniectura, quę aliās fit, vbi ascendens est qui disponit, cessat, si ascendens emphyteusin sibi & liberis capiat: quoniam videlicet inspicienda sit mens ipsius concedentis: ut etiam cum Bal. tradit Soci. in l. Cum auus. n. 47. ff. De cōdi. & demōstr. Deniq; hoc idem in Principis' donatione, facta Petro & liberis eius, considerauerūt Abbas conf. 85. n. 4. in fi. lib. 1. Paul. Castres. consil. 164. col. pen. vers. secundò respondetur. lib. 2. Dixerunt enim, quòd ipsius Petri præsumpta affectio, et ordinatio erga liberos, non erat attendenda: sed magis ipsius Regis, qui non erat parens Petri, nec eius liberorū. Quod similiter probauit Præpos. Alex. in cap. 1. col. 17. vers. Nō obstat quartū. De feudo Marchię.

Ex his igitur colligo, quòd in terminis maioratus bonorū Regiæ coronę, & ipsius legis mentalis: representatio locū non habet: quia liberi nec iure hæreditario succedūt parēti vltimo possessori in hisce bonis, nec eidē succedunt ex tali dominica concessione, quæ sit feudum.

Et quidem in priore donationū specie. d. §. 1. constat,

stat, q̄ si Rex alicui & eius liberis prædia donasset: nec succederetur, nec hodie succedatur iure hæreditario. Nā iuxta tenorē verborū seruata donatione ante legē mentalem: mortuo primo donatario, succedebant in prædia liberi ex propria persona, & successiuo ordine, nō per viā hæreditatis, argumē. l. 3. ff. De interdi. & relega. l. Quoties. C. De dona. quę sub modo. l. Cū ita. §. in fideicomisso. ff. De lega. 2. & qđ tradit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. Si liberi. n. 4. ff. De ope. liberto. Bal. in cap. 1. §. Deniq̄, n. 1. Quæ fuit prima causa bene. amittē. Philip. Dec. conf. 239. Primò n. 4. & cōf. 607. Viso. n. 10. Ita q̄; in hac successione, quæ non iure hæreditatis, sed iure proximitatis contingeret: oportebat, mortui possessoris filiū antepone- nere nepoti. Vnde quāuis nepos, ex præmortuo filio conceptus, in aui hæreditatē simul cū patruo succederet. §. Cum filius. Insti. De hære. quę ab intest. deferū. in prædia donata nullatenus admitteretur, quæ utiq̄; patruus gradu pximior tota esset accepturus l. Si libertus præterito. §. 1. ff. De bonis liberto. Sed & postquā hęc donationis species reuocata fuit authoritate legis mētalis, ad modū maioratus: conueniens fuit, retinere eādē prerogatiuam gradus proximioris. Sic prædia, quæ omnes filij vltimi possessoris erant accepturi, excluso nepotū secūdo gra-

du, etiam ex filijs præ mortuis conceptorum: vnus ex filijs maior hodie capiet, excluso similiter nepote.

In altera verò specie, in qua Rex prædia alicui & eius heredibus & successoribus dono dedisset: videndum est de intellectu eorū verborum, heredibus & successoribus. Nam quòd hæc species à superiore differat, nemo dubitauerit, vt etiam probatur lege Regia lib. 4. tit. 77. in fi. vbi differt concessio fundi emphyteutici facta alicui & eius liberis, à concessione facta alicui & eius heredibus & successoribus. Et mihi videtur, distinguendum inter speciē illius legis Regiæ, in qua fundus emphyteuticus conceditur alicui & eius heredibus & successoribus: & speciē legis metalls, in qua prædia donabatur, etiam quoad directū dominium, alicui & eius heredibus & successoribus.

Quippe in specie illius legis Regiæ nō est superuacua heredū metio, ex qua fundus in oēs heredes in infinitū trāsibit. Similiter etiā in legatariū trāsibit, quāuis successor sit particularis: idq; ex sola heredū metioe. l. Incōuetionibus. ff. De verb. signifi. quē ad hoc allegauit Spec. tit. De loca. §. Nūc aliqua. q. 112 & q. seq. n. 138. cū sequē. & Alex. cōf. 193. Ex themate n. 2. lib. 2 & secutus est idē Alex. in. l. Quædā. §. Nihil n. 2. ff. De edē. Iason in. l. fi. n. 75. C. De iure emphy. Nō tñ vigore ei⁹ verbi, successoribus, poterit fundū

in singulares successores transferre: nisi seruata solē-
 nitate. l. fina. C. De iure emphyteu. & perinde, atq;
 si successorum nulla mentio fuisset facta, vt rectè ad-
 monuit Ioā. Imol. in. l. Quod dicitur. n. 14. ff. De ver-
 bo. obliga. & Curtius Sen. conf. 83. Deus pius. n. 15.
 vers. Et ideo infert Alex. & Iason in. d. §. Nihil
 Quòd satis colligitur ex. l. Regia lib. 4. tit. 64. in
 princ. vbi loquitur de emphyteusi. concessa in perpe-
 tuum, cuius concessionis vulgare exemplum est, vbi
 fundus in emphyteusin alicui datur, & omnibus
 eius hæredibus & successoribus, vt lib. 4. tit. 62. §. fi.
 & d. §. fi. tit. 77. eo. lib. In quo articulo Alexan. in. d.
 l. Quòd dicitur. n. 26. in fine, non rectè confudisse
 videtur legatarium cum alijs singularibus successo-
 ribus: quoniam Ioā. Imol. in legatario non sensit, ser-
 uandam esse solēnitatem. d. l. fina.

At verò in specie legis mentalis resoluendum est,
 quòd mentio hæredum & successorum superuacua
 erat: quoniam transferebatur in primum donatariū
 directum dominium, & erat id sui natura transmis-
 sibile in omnes hæredes. Igitur perinde habendum
 est, ac si nulla hæredum vel successorū mentio fuisset
 facta, secūdum receptā Bartoli traditionē in. l. Stipu-
 latio ista. §. Si quis ita. n. 5. ff. De verb. obliga. de qua
 ibi per Alex. n. fin.

Vnde

Vnde si primus donatarius intestato moriēs donata prædia in sua hæreditate reliquisset : æquè admitterentur ad hæc hæreditaria prædia & filius & ex defuncto filio nepos. §. Cùm filius Insti. De hære. quæ ab intesta. defe. Idemq; eueniret in iure patronatus ecclesiastici, de quo meminit lex Regia eodẽ tit. §. 4. quoniam iure hæreditario inter eosdem patruũ et nepotẽ diuideretur, ex sententia Ioã. Fabri. & Angeli in. d. §. Cũ filius & Guliel. Bene. in repe. cap. Raynutius in verb. Et vxorẽ nomine Adelasiam. n. 56. De testa. cum alijs allega. à Dida. Couarr. Practi. quæstio. cap. vltimo vers. antepe.

¶ Patronatus ecclesiastici ius hereditario iure defertur.

Verũtamẽ lex métalıs voluit, quòd siue bona ita donata deprehèderentur tempore ipsius legis apud donatariũ, siue iã hæreditario iure ad vnũ ex liberis donatarij hæredem integrè deuenissent: modũ maioratus nouè acciperent. Quod probari videtur in. §. xvij. & §. xvij. ibi, **Se aquelle a que as ditas terras foram nouamente dadas, ou as ouue por algũa herança, ou qualquer outras cessam. cõiuncto. §. fina. eiusdem tit. xvij.** Sic factum est, vt post legis mentalis auctoritatẽ hæc bona non iure hæreditario, sed quasi ex concessione dominica & ex ipsius legis cõstitutioẽ, ad vnũ ex liberis donatarij masculũ deuoluerentur. Proinde excluso iure hæreditario, excludi quoq; cõ-

pir

pit materia representationis, quoniam utique vna eadēq; causa coepit esse donationū tam in posteriore hac, quā in priore illa specie, vt cōstat ex. d. §. i. Vnde consequēter p̄cessit, q̄ in vtraq; donatiōis specie causa filij in successiōe maiorat^o potior esse deberet, quā nepotis, ex primogenito defuncto concepti.

*¶ Feuda nō sunt
nec feudorū na-
turā habent bo-
na Regia coro-
na.*

Iam dubitari non oportet, quin bona Regiæ coronæ post legē mentalē minimè deferātur iure maioratus, quasi maioratus ipse sit feudū. Nā quū ante legis mētalis authoritatē donationes Regiæ nullam ōnino speciē feudorū haberēt: nō fuit cur eedē donationes, ad modū maioratus restrictę, nouā feudi naturā assumerēt. Sic enim Paul. Castr. cōf. 164. n. fi. li. 2. respōdit, donationē Regis, factā alicui & liberis eius p̄ modū maiorat^o, nō esse feudū, nec habere feudi naturā. Q̄ etiā circa maioratus cōstitutos simili lege Regis Hérici obseruauit Io. Lupi in repet. Rub. De dona. inter virū & vxō. §. 69. n. 30. & 34. Idq; euidēter est expressum. d. tit. 17. §. 2. vbi Regia lex non solū exprimit, quòd huiusmodi maioratus nō sunt feuda: sed etiā q̄ naturā feudi nō habent: in hæc verba,

*Este nã sera por ser obrigado seruir cō certas lâ-
ças como por feudo: porq̄ queremos que nã se jã au-
dis por terras feudais, nẽ ajã natura de feudo. Mas
sera obrigado a nos seruir, q̄ndolho nos mēdarmos.*

Deniq;

Deniq; utrūq; hoc, quod probandū assumpsi, videlicet maioratum non deferri iure hæreditario, nec censendū fore iuxta feudi naturā: pbare videtur lex Regia lib. 4. tit. 35. §. 1. vbi expressum est, q̄ si vltimus possessor bonorū Regiæ coronæ decesserit: poterit successor bona Regiæ coronæ habere, et eiusdē vltimi possessoris hæreditatē recusare. Planè successor bonorum Regiæ coronæ filius intelligi debet, iuxta §. 1. tit. xvij. lib. 2. Si igitur filius potest patris hæreditatē recusare, & bona Regiæ coronæ habere: consequēs est, intelligere, q̄ maioratus bonorū Regiæ coronæ nō habet feudi naturā. Siquidē feudū, etiā si hæreditariū nō sit: eā habet naturā, vt retineri à filio nequeat, qui patris hæreditatē repudiauerit, vt videtur expressum in cap. 1. An agnat⁹ vel filius, in vfi. feudo. & tradit Bart. in .l. Vt iurisiurādi. §. Si liberi. n. 4. ff. De operis liberti. & Mathęus de Afflictis in. d. cap. 1. n. 2. & resoluit diligēter Didac. Couarr. Varia. resolu. lib. 2. cap. 18. n. 4. vers. secundō.

Ex his apparet, q̄ Abbas cōf. 85. n. 6. lib. 1. & Paul. cōf. 164. n. 3. li. 2. nō rectè intellexerint, q̄ in donatiōe facta à Rege Castellæ cuidam Petro Affan, & eius liberis, induci poterat repræsentiō: vt nepos, in filij locum succedēs, cum patruo contenderet. Etenim si liberi ipsius Petri vocabantur ex concessione
domi

¶ Filius potest. recusata patris hereditate. in maioratu bonorum Regiæ coronæ succedere eidē.

¶ Feudum retinere nequit filius: si patruo hæreditatem recuset.

dominica, & concessio dominica non erat feudum, vt Castren. n. fin. agnouit: retinēda erat regula, qua constitutum est, non esse repræsentationem filij in gradum patris.

Conclusio.

Vltimò concludo, quòd Rex Ioannes autor legis mentalis, qui in maioratu bonorum Regiæ coronæ filium secundò genitum nepoti, filio primogeniti, anteposuit: non solùm humaniorem, sed etiã quæ iuris ciuilibus rationibus magis accōmodabatur, sententiam, & humaniùs & sapientiùs elegit.

*¶ Patrus vs
trum nepoti p
ferri debeat. et
etiã si natu mi
nor sit q. ipse
nepos.*

Ex hoc intellectu & ratione legis mentalis infero primò decisionem quæstionis, quam in hoc Regno nondum ex factò agitatam comperi. Si quidem rerum hætenus iudicatarum autoritas eò pertinet, vt filius secundò genitus, qui ætate maior sit, quam ipse nepos: nepoti natu minori præferatur. Vnde utilis succedit maioratus quæstio, si proponatur (vñ non raro potest accidere) quòd nepos, ex primogenito filio cōceptus, sit natu maior, quã patruus: vter alteri præferri debeat. Et prima facie decernendū videretur, q̄ huiusmodi nepos patruo p̄ferri deberet.

Primò quidem argumento verborum legis mentalis in eo. §. i. vbi lex, quæ maioratum introduxit, ita demum filium vocauit, si maior esset tempore mortis. Sed hic filius nō est maior, sed est minor æta-

ætate. Igitur nepos, vt potè maior ætate, patrum debet excludere.

Secundò videretur esse argumento ipsius Bonifacij sentètia, quam pro Rege Roberto tulit. Summà enī rationē in eo constituit, quòd Robertus erat natu maior, quàm nepos primogeniti filius: vt colligitur ex ipsius Pòtificis bulla, quā suprà retulimus.

Tertiò faceret, quòd etiam hi autores, qui filij partes quasi potiores tuètur: agnoscunt, id ita pcedere, si nepos sit minor ætate. Vbi enim nepos ætate maior fuerit, quàm patruus: receptissimū asserūt, quòd patruo natu minori præferri debeat, vt tradit Matthæus de afflictis in cap. 1. n. 91. vers. Secundò fallit. De successio. feudi in v sibus feudo. Denique Philip. Dec. conf. 443. In casu ad me transmissio de Regno Portugallia. n. 28. in causa domini Roderici Lobo magnam rationē habuit, quòd maior natu esset, quàm nepos: vt etiā habuit Regius Senatus in sentètia, quā secundum illū aduersus nepotē natu minorē tulit.

Sed his non obstantibus ego resoluo, iustiorē videri causam filij, etiā si natu minor sit, quàm ipse nepos. Quòd ita consulendū & iudicandū magis fore, sequentibus argumentis demonstro.

Primò considero verba ipsius legis métalis, *Uo seu filio maior*, quæ vtiq; exprimere videtur, quòd
vbi

vbi filius reperitur, non est admittendus nepos: etiam si is ex primogenito conceptus fuerit, & maior ætate depræhendatur, quàm ipse filius. Hoc enim ex Baldi sententia euidenter colligitur in l. 3. ad fi. C. De suis. & legi. libe. vbi quærit, quid iuris sit, si de maioratu contendat nepos natu maior cum patruo natu minore. Quòd accidere posse ait, si quis primò habuit filium, & ex eo nepotem: & postea habuit secundam vxorem, ex qua genuit aliù filium. Et propositam quæstionem determinat hoc modo, ut distinguat, quibus verbis sit præscripta consuetudo, vtrum per hæc verba, filius primogenitus: an verò per hæc verba, primogenitus, non dicendo, filius. Et si quidem consuetudo præscripta sit his verbis, filius primogenitus: tunc resòluit, quòd filius, etiam minor natu, præferendus est nepoti, natu maiori. Ego noto, posse hunc casum facilè euenire, etiam si non proponatur secunda vxor & secùdum matrimonium. Potest enim quis, ex eadem vxore filiù in senectute habere, qui minor sit, quàm nepos, ex filio primogenito conceptus. Porro Baldi sententia mihi videtur, còmunius esse approbata: quam videlicet ibi Rapha. Fulgos. Paul. Castrès. Et Philip. Corn. probauerint, & Alex. n. 4. Ias. n. 45. in l. Is potest. ff. De acqui. hære. Idè in his terminis ex Bal. sen

tentia probauit Marti. Laudé. in tract. De primogeni. q. 38. & cum Martino Laudén. Anto. Corfe. in repet. c. Grádi. col. 22. ad fin. De suppléda negligé. præ la. li. vj. & Nicola. de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta. n. 68. vers. Ité quæro. Sed & Andre. Tiraquel. in. d. 40. q. n. 219. hanc Baldi sententiam non refellit: quâuis. n. 17. rationes, quæ pro patruo facerent, proposuit se refutaturum.

Secundò pro hac parte induco legé Regiá lib. 4. tit 62. §. *Et in andose*, coniuncto. §. pen. vbi in maioratu bonorú Regiæ coronæ, datorum in emphyteusim, lex ipsa defert maioratum, per mortem possessoris, eius filio: ita vt stante filio, indistinctè nepoté excludat, Ait enim lex,

Conde ouner bi ho ditto filho ou filha, nam auera ho ditto foro neto ou neta: posto que ho neto seja filho de filho mais velho.

Vides enim, quòd lex primis illis verbis, *neto ou neta*, indistinctè excludit nepotes, cuiuscumque ætatis fuissent: quia videlicet, non erat habenda ratio maioris ætatis: nisi inter eos, qui in eodem gradu constituti fuissent. Cùm autem posset dubitari, vtrùm nepos, ex persona seu gradu primogeniti patris, admitti posset aduersus patruum: subiecit lex verba illa, *Posto que ho neto, &c.*

Quocirca



Quocirca & in eius. l. terminis, & in terminis legis mentalis, æquè interpretandum est, quòd filius nepoti est præferendus: quãuis nepos patruo maiore ætate sit, & ex primogenito filio probetur esse cõceptus.

Tertiò hoc esse verius, fundata iuris ratione ostendo, qua dixi, motum fuisse Regem Ioãnem in condenda lege mentali. Repeto enim conclusisse me, quòd filij causa potior est, quàm nepotis, vbi repræsentatio nõ admittitur. Vnde dixi, in maioratu bonorũ coronæ filij potiorẽ causam esse debuisse: quòd materia successionis repræsentationẽ non admitte-
ret. Animaduerto autem, consequens esse, vt eadem filij contra nepotem prærogatiua retineatur, etiam si filius minor sit ætate, quàm nepos. Quippe cùm gradus filiorum proximior sit patri, quàm nepotũ: maioratus primo gradui filiorum in primis deferendus est, vt ex his qui maior sit, admittatur. Nec ad secundum gradum nepotum maioratus deuolendus est: nisi vbi primus gradus filiorum non sit: quoniã videlicet gradus prærogatiua multò est maior, quàm ætatis. Quod in terminis sensit Anto. de Rosel. in tract. De successio. ab intesta. n. 76. vers. Nam si non deberetur, vbi scribit, quòd tunc demũ nepos maior præfertur patruo minori, cùm materia admittit repræsentationem.

Nec obstant argumenta, in contrarium adducta: quoniam primò respondetur ad primum argumentum, quòd tunc verba legis mentalis facerent contra hunc filium, natu minorem, si ita concepta fuissent, **Moseu descendente maior.** His enim verbis, nepos, natu maior, patruo prælatus videretur: quoniam & ipse propriè diceretur possessoris descendens. Ceterùm verba legis mentalis sunt, **Moseu filio maior.** Quæ utiq; admittunt filium, natu minorem, aduersus nepotem, natu maiorem. Si quidem hic filius rectè dicitur maior, facta comparatione filiorum: ut etiam si nullus præterea filius sit, rectè dicatur filius maior. l. Qui duos, cum vulga. ff. De reb. dub.

Secundò non obstat secundum argumentum, deductum ex sententia Pontificis pro Rege Roberto: quoniam respondetur, eam sententiam referri debere ad casum, quo deferatur maioratus primogenito. Nos verò loquimur, quo casu maioratus defertur filio primogenito, aut potius filio maiori. Vbi enim maioratus defertur vni liberorum primogenito: nepos, si maior ætate sit, quoniam primogenitus est: præferri patruo debet, ut colligitur ex distinctione Baldi in dicta. l. Ut intestato. C. De suis & legit. libe. & ex his, quæ obseruat, Baldum allegando, Didac. Couarr. in Practi, quæstio.

cap. fin. n. 7.

Tertiò non obstat tertiũ argumentũ, ex sentẽtia, quam velut communẽ secutus est Matth. de Afflic. in. d. cap. 1. n. 91. De successio. feudi: quoniam respõdetur, eam sentẽtiam pertinere, & referri debere ad feuda & maioratus, quorũ materia admittit repræsentationem. Tunc enim nepos, natu maior, patruo erit præferendus: quoniam propter repræsentationẽ intelligitur esse in eodem gradu, in quo est filius secundo genitus, & ipse ex se maior est ætate, vt declarat Anto. De Rosel. in tracta. De success. ab intesta. n. 76. versi. Sed si esset maior nepos.

Vltimò concludo, quòd licet Philip. Dec. d. conf. 443. Et Senatores Regij rationem habuerint maioris ætatis Domini Roderici Lobo, quoniam ea consideratio euidentiùs ostendebat, cum nepoti esse præferendum: nihilominus (vt mea fert opinio) iudicare debuissent in fauorem dicti. D. Roderici Lobo, etiã si is minor ætate fuisset, quàm nepos.

*¶ Filia verũ
nepoti, masculi
pli. præferri
in quo casu queat*

Secundò principaliter infero, posse dubitari, vt etiam filia vltimi possessoris, etiam secundo genita, possit præferri nepoti, primogeniti filio, in ea videlicet specie, in qua filia est habilis ad succedendum in maioratu bonorum Regiæ coronæ, iuxta tex. in eo. tit. 17. §. 14. Nam quum repræsentatio locum non
habeat

habeat in hac materia: videtur, filiam, propter gradus prerogatiuam, nepoti esse præferendam, & maiorem rationem habendam fore gradus proximioris, quàm sexus.

Præterea hoc olim in quodam Comitatu Hispaniæ Sedem Apostolicam iudicasse, accepimus. Fuit enim quæstio de Comitatu Atrabacensi, inter Dominam Magaudam, secundò genitam, filiam Roggerij, Comitum Atrabacensis: & nepotem eiusdem comitis, ex primogenito filio conceptum. Pronunciavit Sedes Apostolica, Magaudam, quia filia esset, præferendam nepoti: quanuis nepos, & masculus, & ex primogenito conceptus fuisset. Quod ita ex allegationibus Bartholomei de Capua, quas fecit pro Rege Roberto, refert & sequi videtur Mathæ. de Afflict. in cap. 1. n. 88. vers. Et dicit plus. De successio. feudi.

Adde quod hanc sententiam videtur quodammodo adstruere verba legis Regiæ in dicto. §. 14. videlicet,

Saluo onde expressamente de crarava que as possessem aver filhas que em tal caso mandava que as ouessem quando filhos barões lidimos nam fiscalsem daquelle que a terra possuia.

Videtur enim, eo solo casu filiam excludere, quo possessor filium reliquit, vt si nepotem reli-

querit, filia sit admittenda, secundum verba legis. Nec enim eadem ratio est, eam excludendi, propter nepotem, etiam ex primogenito conceptum: vt eleganter probari videtur lege Regia lib. 4. tit. 62. §. *Et finandose*, coniuncto. §. penul. Etenim ibi expressum est, quod si agatur de maioratu bonorum Regiæ coronæ, datorum in emphiteusim: filius filiæ præferetur. Sed enim filia, secundò genita, præferetur nepoti: etiã si is maior annis, & ex primogenito filio fuerit conceptus.

Sed tamen resoluendum magis est, quod filia sit excludenda, si vltimus possessor nepotem masculum ex filio reliquerit. Cuius sententiæ sumam rationem in eo constituo, quod licet verba donationum Regiarum generaliter comprehendere filias viderentur: non tamẽ filiæ admittendæ sunt: nisi ex speciali pacto. §. 3. & §. 14. eiusdem titu. Igitur quum filia regulariter sit exclusa à successione maioratus bonorum Regiæ coronæ, nec admitti queat, nisi ex pacto: consequens est interpretari, quod eo demum casu admittatur: quo bona alioqui redire deberent ad Regiã coronam, videlicet si nullus ex liberis masculis, descendantibus per lineã masculinã, supersit. Hoc rectè probari videtur argumẽ. tex. cũ ibi nota. in cap. 1. vers. Cũq; inter. De eo qui sibi. vel here. suis masculis

& foeminis coniuncto eo, quod scribit Petrus de Ancha. cōf. 359. Nos Petrus col. 2. vers. Nec gl. ibi dicit.

Idem mihi probatur, argumento optimo text. in. d. titu. 17. §. 13. vbi hæc verba sunt,

Equando per morte do possuydor, &c. nam ficar tal filho nem neto, &c. & ficar algũa filha, quremos q̄ esta tal filha as nã possa herdar, saluo por especial doaçam, ou merce quelhe queyramos dellas fazer. **E** segundo os contratos, & doações que nos, & os Reys nossos antecessores, fizemos, ou fizermos aaquelles a que assi demos as ditas terras.

Notandum enim est, quòd legislator eo demum loco tractat de non admittenda, vel admittèda filia, quo vltimus possessor nec filium, nec ex filio conceptum nepotem moriès reliquerit. Significauit itaq; quòd vbi ex pacto speciali filia potest admitti: eo scilicet loco videtur admittenda, quo nullus masculus, per lineam masculinã descendens, vltimo possessori superstes reperiat̄. Atq; ita intelligi & suppleri debent verba dicti §. 14. vt filia admittantur ex pacto speciali in defectum filiorum masculorum & etiam nepotum.

Nec oberunt argumenta, quæ contrariam partè suadere videbantur: quoniã ea argumenta non pertinent ad hãc speciem, in qua foeminæ, nisi ex pacto speciali non admittuntur, secundùm ea, quæ attin-

gam in sequenti articulo, circa maioratus bonorum patrimonialium.

¶ Nepos, secundò geniti filius, utrum possit præferri nepoti, primogeniti filio, utrum maiori.

Tertiò principaliter infero decisionem nouæ questionis, quæ facillè poterit contingere circa maioratus bonorum Regiæ coronæ. Quid enim si ultimus possessor bonorum Regiæ coronæ, nullum superstitem filium reliquerit: sed ex diuersis filijs plures reliquerit nepotes? Quæretur enim, utrum nepos, ex primogenito conceptus, omnimodò præferri debeat cæteris fratribus patruibus, quos filius secundò genitus, & filius tertio genitus, viuo patre defuncti, ex se natos reliquerunt? Et Baldus consil. 389. Consuetudo. n. 4. versic. Pone. lib. 2. pro constanti videtur habuisse, quòd nepos, ex primogenito conceptus, cæteris nepotibus, ex secundò, vel tertiò genito filio conceptis, absolutè præferatur. Scribit enim, absurdum esse, quòd nepos, primogeniti filius, etiam si minor ætate sit, quàm nepos vltimi possessoris, ex filio secundò genito conceptus: ab eo nepote, secundò geniti filio, excludatur. Contrarium in terminis scribit Andre. de Ifern. in Arario, quod composuit in constitutione. Neapolita. fol. 16. col. 4. versic. Quæro feudatarius. Putat enim, quòd nepos, secundò geniti filij filius, si maior ætate sit, præferri debet, nepoti,

ti, primogeniti filij filio, natu minori. Andreas autem Tiraquel. in dicta q. 40. n. 59. nullo allegato auctore, Baldi sententiam retulisse videtur adiciens, quòd nemo sanæ mentis dixerit, nepotem, primogeniti filium, esse excludendum à nepote, secundò geniti filio.

Ego autem ex verbis & sententia legis mentalis, & iuris ratione, sanum mente crederem, qui diceret, nepotem, secundò geniti filium, natu maiorem, esse præferendum nepoti, primogeniti filio, natu minori, in maioratu bonorum Regiæ coronæ. Ita enim distinguendum reor, vt si materia admittat repræsentationem: tunc nepos, primogeniti filius, possit admitti contra nepotem, filij secundò geniti filium, etiam natu maiorem. Et in hac specie procedit Baldi sententia. d. conf. 389. secundum ea, quæ distinguemus in tertio articulo, vbi de Regni successione agemus, in qua Baldus loquitur. Cæterum generaliter in alijs maioratibus, in quibus repræsentatio iure non datur: efficaci ratione ostenditur, nepotem, filium filij secundò geniti, si maior ætate sit, præferendū esse nepoti, filio primogeniti, natu minori. Quū enim vterq; nepos in eodē gradu sit proximitatis respectu aui vltimi possessoris, & materia non admittat

repræsentationem : nulla ratio haberi debet filiorum, qui in vita patris decesserunt. Igitur si uterq; nepos ex sua persona admittitur sine vlllo respectu patrum prædefunctorum : necessariò euincitur, illius nepotis causam esse potiore, qui maior ætate deprehendatur tempore mortis aui vltimi possessoris.

Hinc meritò lex mentalis. d. tit. 17. §. 3. non constituit ex persona patris prædefuncti, quisnã ex pluribus nepotibus magis esset admittendus ad succedendum auo. Ita enim scriptum est, **Nam ficar tal filho barão, nem neto barão, legitimo, filho de filho barão lidimo, a que deuan ficar.** Deniq; ex ipsius legis mentalis sententia in. d. §. 1. & ex his, quæ suprã de ratione eiusdem legis diximus, deducendum videtur, quòd in proposita quæstione perinde iudicandũ sit, atq; si lex mentalis specialiter ita constituisset,

Quando per morte do possuydor das terras da coroa do Reyno, ou de algũs beês & dereyos da coroa, nam ficar tal filho barão, siquem as taes terras beês, & dereyos ao seu neto legitimo barão mayor que delle ficar, filho de filho barão lidimo.

Sic enim ad exemplum verborum, quæ circa filium lex concepit in princip. cõcipi verba debuerunt circa nepotem: vt similiter inspiciendum sit, quisnã maior sit ex nepotibus tempore, quo decesserit auus ipse possessor vltimus.

Quartò

Quartò principaliter infero, quòd si vltimus possessor vnius prædij, quod solum Regia donatione continebatur, id prædium donauerit primogenito filio, adhibita Regis auctoritate, & is primogenitus viuo patre decesserit, relicto filio: poterit filius secundo genitus, qui tempore mortis patris maior deprehendatur, petere hoc prædium ex sententia legis mentalis, contra nepotem primogeniti filium. Moueor argumento. §. 15. eiusdem tit. cuius hæc verba sunt,

¶ Pero se aquelle que assi tal doaçã quiser fazer, nã tiuer mais que hũa terra, nam a possa doar sem nella expressa auctoridade e consentimento do filho primogenito a que a dita terra he deuida por bem da dita ley.

Vides enim, quòd legislator non vult, ei, quem vocat lex mentalis, fieri præiudicium per possessoris donationem, etiam auctoritate Regis vallatã. Vnde si pater absq; consensu primogeniti filij, ad quem dictum prædium ex lege mentali deuoluendum erat, id filio secundo vel tertio genito, ex auctoritate Regis donauerit: futurum est, vt interim viuente eo, qui donauit, prædium maneat apud donatarium. Cæterum mortuo patre, qui donationem fecit, incipiet primogenitus prædiũ petere posse secundum manifestam eius. §. sententiam.

Hoc exemplo inducendum videtur, quòd si pater

¶ Donatio maioratus, quã pater primogenito fecit cum Regis auctoritate. Vtrum secundo genito præiudicet, si postea maior reperiatur tempore mortis paterna.

ter primogenito donauerit prædium, adhibita Regis autoritate: non censeatur ex tali donatione factum præiudicium secundò genito filio inuito: cui videlicet dictum prædium ex dicta lege mentali remanere debet, si is filius reperiatur esse maior tempore mortis paternæ. Quippe legislatoris in ea specie propositum est, non præuerrere ordinem legis mentalis, inuito eo, qui ex lege mentali vocatur: quanuis maximè pater vltimus possessor fecerit talem donationem, adhibita Regis autoritate. Proinde Regiæ autoritatis interpositio eatenus vtilitatem habet: vt donatio, filio primogenito facta, interim valeat: non verò vt in præiudicium filij, ad quem per legem mentalem deuoluendum erat prædium, deuoluatur ad nepotem primogeniti filium, qui vtique remota Regis autoritate, planè esset excludendus.

Ad hoc facit iuris regula, qua constitutum est quòd propter superiores, sequenti causa non debet lædi in posterum. l. Peto. §. Fratre. versic. Nec tamen. ff. De lega. 2. & l. Filius familias. §. Diui. o. 1. versic. vel si aliquis ex his. ff. De lega. 1. Idq; in maioratu possessionum de Goez, sitarum in hoc Portugalliæ Regno, propè respondit Petrus de Ancharano consil. 82. Dicta facti narratio col. 4. versic. Non obstat. Quo loco scripsit, quòd possessor ma-

ioratus

ioratus non potuit, in præiudicium Stephani, filij
secundò geniti, qui maior postea repertus est tem-
pore mortis paternæ: inuestire primogenitum fi-
lium, vt ex ea inuestitura deuolueretur maioratus
ad Beatricem, filiam ipsius primogeniti. Denique
hoc ita tentari posse probabiliter ex sententia di-
ctæ legis Regiæ, argumento mihi est Papiniani re-
sponsum in l. Tale pactum. §. fina. ff. De pactis, cu-
ius verba hæc sunt,

*Pater, qui dotem promisit, pactus est, vt post mor-
tem suam in matrimonio sine liberis d. sancta filia, por-
tio dotis apud heredem suum fratrem remaneret: ca-
conuentio liberis à socero postea susceptis, & heredi-
bustestamento relictis per exceptionem doli proderit.
Cum inter contrahentes id actum sit, vt hæredibus
consulatur, & illo tempore quo pater alios filios non
habuit, in fratrem suum iudicium supremum contu-
lisse videatur.*

Ex hoc §. collegit Accurs. ibidem communi-
ter receptus in verb. per exceptionem, quòd id de
iure est seruandum, licèt non sit statutum, quod
verosimile est statuendum fuisse, si hoc quæsitum
fuisset. Comparemus ergo soceri conuentionem,
qui genero dotem promisit, constitutioni Regiæ.
d. §. 15. vt exemplo Papiniani similiter cõstitutionis
scu-

sententiam colligamus. Et primùm quemadmodũ in Papiniani responso inter contrahentes actum animaduertitur, vt hæredibus foceri consuleretur: ita in constitutione Regia actum intelligimus, vt ei consuleretur, ad quem per legem mentalem donatum prædium deuolui deberet. Deinde quemadmodum verbis conuentionis in d. §. fin. expressa fuit fratris persona, quoniam credebatur, eum hæredem esse futurum: ita in constitutione Regia primogeniti persona est expressa, quoniam ex naturæ simul & partium cõmuni voto credebatur, eum superstitem patri futurum, & consequenter admittendum fore ex l. mentali, quæ vocat filium, qui maior reperitur tempore mortis paternæ. Vnde quemadmodũ conuentione d. §. fin. quæ de fratre loquebatur, prodest liberis postea susceptis, & hæredibus relictis, quia de fratre loquebatur, tanquàm de hærede: ita quoque constitutio, quæ de primogenito locuta est, pdesse debet filio secundo genito, qui maior reperitur tempore mortis paternæ. Nam constitutio de primogenito quidem locuta est: sed utique tanquàm de eo, cui id prædium per legem mentalem deberetur.

Deniq; si possessor vellet, nepoti, primogeniti iã defuncti filio, donare prædiũ Regiæ coronæ in præiudicium filij secundo geniti: constaret inter omnes, quod

quòd etiam si adhibuisset Regis auctoritatem in hac donatione: non esset factum præiudicium filio secundò genito, qui non consensisset, vt manifestè probat. d. §. 15. coniuncto. §. 1. eiusdem titu. Ergo si idem pater prædiū donaret ipsi adhuc viuo primogenito, adhibita Regia auctoritate: videtur eadem propè ratio esse, vt si mortuus sit primogenitus in vita patris, non intelligatur factum præiudicium filio secundò genito, cui prædium ex lege mentali debetur, secundùm ea, quæ ostendimus.

Sed iuxta hoc quæritur, vtrùm hæc disputatio procedat, etiam si pater, qui donauit prædium primogenito ex Regis auctoritate: esset is, qui prædiū à Rege donatū acceperat, vt post mortem suam deueniret ad filium, qui maior esset tempore mortis, iuxta formam legis mentalis? Et videretur, quòd dicta lex Regia in eo articulo non esset ad hunc casum referenda. Nam hoc casu donatarius iure communi de voluntate Regis donatoris posset, præiudicare ei, cui sine illius facto ius prædij post mortem suam parauerat. Hoc enim receptum videtur in terminis. l. Quoties. C. De donatio. quæ sub modo, vt si tibi prædiū donauero, quod post mortem tuam deuo luedum sit ad Petrum: possit inter nos vtiliter conuenire, ne ad Petrum deueniat. Quod ita præcepit Bar. in l.

¶ Bartoli sentē-
tia in l. Qui
Romē. §. Flami-
us. n. 1. ff. De
verb. obliga. v.
erūm cōmunior
sit. & verior.

in. l. Qui Romē. §. Flavius. n. 1. ff. De verbo obliga-
cuius sententia cōmunis est, vt ibi per Soci. n. 16. la-
so. n. 14. Alex. consil. 240. viso. themate. n. 4. in. fi.
lib. 7. Andre. ab Exea in Rub. n. 143. ff. De pactis.

Ex qua opinione velut cōmuni deducebat Aimō
Sauilli. consil. 135. Verba decreti. n. 10. quòd Princeps,
qui donauit Titio prædium, vt post mortem eius ad
primogenitum deueniret: posset iure communi, de
consensu patris donatarij præiudicare spei, quā pri-
mogenitus haberet.

Sunt tamen plures authores, qui in cōtraiam iue-
runt sententiam, adeo vt nō nulli scriptum relique-
rint, quòd Bartoli opinio communius erat impro-
bata, videlicet Guliel. Bened. in repet. cap. Raynu-
tius, in verb. Si absq; liberis. o. 1j. in materia fideicō-
missariæ substitutionis, n. 23. De testa. Rod. Xuar. in
Allegatio. 29. charta. 3, & in repet. l. Quoniam in
prioribus, in cōmenta. legis Regiæ in. 8. q. C. De in
offi. testa. & meminit Dida. Couarr. varia. resolu-
tio. lib. 1. ca. 14. n. 7. Nouissimè autem Bartoli sentē-
tiā improbavit Anto. Gomes. in cōmen. l. 40. Tau-
ri. n. 29. quanuis aduersus assertionē Roderici Xu-
ar. agnoscat, eam communius esse receptam.

Ego verò expendo, quòd in proposita quæstio-
ne lex Regiæ in. d. §. 15. sine dubio sentit, non posse

pri-

primogenito inuito præiudicium fieri: etiam si pater, qui donationem quæsiuit, adhibita Regis, qui donauit, autoritate, velit eidem præiudicare. Hoc (inquàm) sentit lex Regia, ad principium. §. relata, vbi hæc verba habentur, *Contra tuncida soy se a quelle a que a dita terra ou terras foram nouamente dadas, &c.* Sic grande argumentum colligi videretur ex eo. §. contra Bart. sententiam in. d. §. Flavius, quod confirmatur autoritate & iudicio Pauli Castren. conf. 154. In præsentî causa. n. 7 lib. 2. vbi interminis nostræ legis Regiæ asserit, quòd iure cõmuni non posset donatarius, etiam de voluntate Regis, qui donauit, præiudicare primogenito. Idem manifestè expressit in eadem specie Abbas conf. 85. n. 1. ad fin. lib. 1. Deniq; Castren. vbi suprà (quòd maxime ad rem facit) improbat Bartoli opinionem in. d. §. Flavius, quasi huic sentententiæ contrariam. Cùm igitur lex Regia sine dubio idem sentiat, quod Paul. Castren. asseruit: consequens erit, ex eiusdem legis Regiæ sententia inducere, quòd Bartoli opinio non sit admittenda. Et si hoc placeret, maximam haberet in praxi utilitatem: quoniam remoto hoc nouo argumento legis Regiæ, generaliter esset seruanda Bartoli opinio, quæ non sit communiùs reprobata, iuxta legem Regiam lib. 2. tit. 5. §. 1.

Quintò

*¶ Primogenitus,
si clericus aut
monachus fiat,
vivo patre, ei
superuixerit: v-
trum pro sit
filio suo, vt pa-
truo pferatur.*

Quintò principaliter infero, quòd si primogeni-
tus, suscepto legitimo filio & amissa vxore, clericus
fiat, vel monachus: etiam si postea naturaliter patri
superuixerit, videbitur filius secùdò genitus filio cle-
rici vel monachi fratris esse præferendus. Nam filius
primogenitus per clericatum est factus inhabilis ad
maioratum bonorum Regiæ coronæ, vt cautum est
eod. tit. §. 7. & multò magis si efficiatur monachus,
secundùm ea, quæ tradit Bal. in. c. Cum in magistrū,
in fin. De electio.

Ergo quia his casibus filius primogenitus est fa-
ctus inhabilis viuo patre: reducitur quæstio ad cõ-
trouersiam patruī & nepotis, vt tradit Ioan. Cirier,
De primogeni. lib. 3. q. 5. ad fin. vers. Certè hæc quæ-
stio. Quod etiam probari videtur argumen. d. §. 7.
vbī lex, quasi clericus filius maior nō sit in rerum na-
tura, vocat filium secundò genitum ex ordine legis
nietalis. Sic nepoti, filio primogeniti clerici, vel mo-
nachi, filius secundò genitus videbitur præferendus
per in le, atq; si primogenitus viuo patre decessisset.

Verū tamen in clerico primogenito si incideret
species proposita: videretur, rem iusto Principis de-
creto temperandam fore, argumēto. l. In ambiguis.
§. Quoties. ff. De regu. iur. Nam quū clericus ea ra-
tione sit inhabilis: quia exemptus est à iurisdictione

Regiæ:

Regia: durum est, filium eius nō admittere ad maioratum. Alioqui futurū est, vt si primogenitus intelligat, se clericatu nociturum filio: retrahatur à clericatu. Quæ ratio mouere debet Principem, vt quāuis ipse primogenitus fiat inhabilis: non tamen inhabilitas ea, quæ ex religioso statu cōtingit, noceat eius filio, argumēto Authē. De sanctiss. episco. §. Sed hoc p̄senti. vers. Sācimus. Colla. 9. Deniq; induci posset, quōd clericus videretur habilis ad successiōem, vt ex continēti eam in filium suum transmitteret, argumento eorum, quæ Soci. tradit cōs. 47. Facti nar ratione. n. 12. & 13. lib. 3. vbi ait, quōd quando primogenitus est inhabilis, & tamen patri superuixit: fortiore iure admittitur filius eius, quā si idem primogenitus non fuisset in rerum natura. Si quidem primogenitus vel in hoc habilis intelligi debet, vt filio suo maioratum excontinenti restituat. Quæ ratione patrum & nepotis dubia quæstio excludetur: quia nepos non auo, sed patri primogenito successisse intelligetur. Licet enim lex mētalis maioratum filio deferat post mortem patris vt. d. §. 1. potest accipi, quando pater est habilis; secus si sit inhabilis, quoniam incontinenti transferet bona in filium, vt Socinus argumētatur. Cuius sententiam refert Andre. Tiraquel. De iure primogeni. q. 23. n. 16. & 17.

vbi & viciosam Socini scripturâ trãstulit. Ego enim puto, apud Socinum minimè legendũ fore, ac si primogenitus : sed magis, quàm si primogenitus.

Certè in primogenito, qui viuo patre, monachus effectus esset: fortiùs hoc defenderem ratione noua.

¶ Primogenitus, qui in acie belli pro republica cecidit, prodest filio suo: vt is cõtra patrũ admittatur.

Traditum enim est, quòd si primogenitus, viuo patre in acie belli decesserit, prodest filio suo: vt is cõtra patrum ad bona maioratus admittatur, argumento. l. Bello amissi .ff. De excusa. tuto. Quod ita in maioratu Hispalensi tentauit frigidè Ludo. Roma. conf. 29. In causa maiorat. n. 1. & asseruit constantiùs Nicola. Mil. in suo reperto. in verb. Mortuus pro republica, & Stepha. Aufre. in decisio. Capellæ Tolosa. 443. & Andre. Tiraquel. in. d. quæsti. 40. n. 223. Planè ratio eius sententiæ eò spectat: vt etiam si nepos minor natu sit, quàm patruus: patruo nihilominùs præferri debeat. Etenim respectus patris, in acie defuncti, qui per gloriam viuere intelligitur, mouet, vt quasi vltimo possessori superstes fuerit, maioratum quæsiisse intelligatur, & quæsitum, in filium suum transmisisse. Et hoc Senatũ Regium in maioratu bonorum Regiæ coronæ non semel iudicasse, accepimus. Porrò id, quòd scriptum est in his, qui in acie pro republica ceciderunt, & in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur: perducen-

ducendum videtur ad monachos, qui similiter mūdo mortui sunt, & per gloriam viuere intelligi debent. Nam quemadmodum filius, qui pro republica in acie cecidit, patri prodest, quasi viuus. d. l. Bello amissi : ita non dissimili ratione filius monachus patri prodest, atq; si in seculo uiueret, secūdum auctoritatem Ioannis de Plate. Ange. Areti. & Ias. ad Portium. in. §. i. Insti. De excusa. tuto. Ergo rectè admittendum videtur, vt simili facta inductione, monachus primogenitus non noceat filio suo : cūm per gloriam viuere intelligatur. Proinde nepotem ex hoc primogenito, antequā fieret monachus, cōceptum, patruo præferemus, videlicet si primogenitus monachus, naturaliter patri superuixerit.

Et hoc notandum est circa id, quod Bald. refert in. l. Si quis prioris. §. Talem, ad fin. C. De secun. nup. vbi scribit, quòd cūm Beatus Ludouicus esset primogenitus filius Regis Apuliæ, & effectus fuisset frater minor : determinatum est, quòd non cōputaretur in numero liberorū. Ego noto, quòd & si Bonifacij sentētia, quæ Robertū filiū secūdogenitū nepoti prætulit Clem. Pastoralis. De rei iudica. seruāda foret generaliter in successione regni Apuliæ: si tamē Beatus Ludouicus amissa vel cōuerſa vxore, ex

¶ Monachus qui mūdo mortuus est, per gloriam viuere intelligitur : vt patri & filio, quos in seculo reliquit, prodesse queat.

qua filiū legitimū suscepisset, effectus fuisset frater minor: computādus esset in numero liberorū, in hūc videlicet effectū, vt filio suo etiam infanti prodesset ad eiusdem Regni successionem contra patrum natu maiorem, secundū ea quæ modō ostendi.

¶ Patre & filio primogenito simul mortuis, utrum nepos, primogeniti filius, patrio præferri queat.

Sexto principaliter infero, subtilē futurā quæstionem de successione maioratus, si pater, & filius primogenitus, simul vno casu decesserint, videlicet ruina, incēdio, vel naufragio. Nā si quidem cōstare posset, quod ambo vno temporis puncto spiritū posuissent: filius secundō genitus sine dubio præferēdus esset nepoti, primogeniti filio. Satis enim est, quod primogenitus patri non superuixerit: vt secundū verba, & sententiam legis mentalis, admittatur filius secundō genitus, qui maior patri superstes fuit, nepote excluso. Sed quū hoc cōstare nequeat, videretur, inducendā esse præsumptionē, quod filius primogenitus, qui pubes filiū habebat, patri superuixerit, argumen. l. Qui duos. §. Cum in bello, & §. Si Lucius. ff. De reb. dub. Sic excludetur patris et nepotis quæstio: quoniā primogenitus intelligitur, illo tēporis momēto, quo superuixisse patri creditur, ius maioratus quæsiuisse, & quæsitū trāsmisisse ad filiū suū, iuxta verba. d. §. 1.

Nam recepta, & probabilis doctrina est, quod vbi tractatur de legis dispositione: filius pubes patri super-

super vixisse creditur. d. §. Cū in bello, vt tradit Bar. in. l. Quod de pariter col. 2. ff. De reb. dub. vbi facit differentiam inter legis & hominis dispositionem. Quam doctrinam probauerūt Rapha. Cuma. in. d. §. Cū in bello. Ioā. Imol. in. l. Si hi qui inuicē, in fin. ff. De donatio. causa mor. Paul. Castré. conf. 101. Ad primum. n. 1. lib. 2. Alex. in. l. Ex facto. §. Si quis autē col. fin. ff. Ad Trebel. & conf. 39. Viso themate. n. 4. lib. 1. Porrò in proposita maioratus specie magis videtur agi de legis, quàm de hominis dispositione. Etenim si consideres Regē, qui hæc bona donauit: illius donationē pro lege accipiemus, argumē. l. penul. ibi, legis vicē obtinere. C. De donatio. inter virū. & vxo. quam ad maioratum à Rege constitutum induxit Bal. in. l. Cum antiquioribus. n. 11. vers. Certum autē est. C. De iure delibe. Si verò cōsideres, quòd lex ipsa mentalis filium maiorem ad maioratum vocauit: euidentius legis dispositionem agnosces. Consequens igitur erit, humaniorē præsumptionē inducere: vt filius patri superstes fuisse credatur. Qua præsumptione admissa, secūdò genitus filius excludetur: quoniā primogenitus, et si nō fuit vltimus possessor, intelligetur fuisse vltimus, ad quē maioratus spectauit. Planè paria sunt, q̄ quis iure maioratū tenuerit, vel iure tenere potuerit, vt ab eo successio deriuetur,

sicuti rectè expressum est in. l. 40. Tauri.

Imò verò in hac specie videretur, filium secundò genitum esse excludendum: quanuis primogenitus nullum ex se natum masculum reliquisset. Nam si primogenitus, vel momento, patri superstes fuisse probaretur, non potuisset eidem frater secundò genitus succedere: quum bona hoc casu ad Regiam coronã redirent, vt est expressum. d. tit. 17. §. 12. Ergo idem dicendum videretur in proposita specie, in qua lex credit, primogenitum patri superstitem fuisse: quòniã legis præsumptio habetur pro liquida p̄batione, vt per gl. in. l. Si tutor petitus, in fi. schol. C. De pericu. tuto. Feli. in Rub. n. 2. De probatio. Alcia. De præsumptio. 3. parte, in princ. n. 4.

¶ Patre & primogenito pubere, simul mortuis, filius secundò genitus patri succedit in ma. oratu: nec bona redeunt ad Regiam coronam.

Mihi tamen contraria sententia & fauorabilior & iustior videtur. Puto enim, quòd bona hoc casu minimè intelligantur, esse deuoluta ad Regiam coronam: sed magis spectent ad filium secundò genitum. Moueor eo quòd supradicta præsumptio non est hoc casu admittenda, ad exclusionem filij secundò geniti, qui secundùm iuris regulam exclusã omni præsumptione, depræhenditur maior tempore mortis paternæ. Didici enim, quòd lex non præsumit, filium puberem patri superuixisse ex aliqua naturali ratione, quæ hoc faciat verosimile. Hoc eleganter

ter quibusdam argumentis ostendit Areti. confi. 50. Copiosè. n. 3. & secutus est Soci. in. l. Si mulier. n. 10. ff. De reb. dub. & ego confirmo Vlpiani autoritate, quam miror non esse animaduersam, in. l. Ex facto. §. Si quis autem ibi, quia non est verosimile. ff. Ad Trebel. Proinde si lex hoc aliquando præsumit: utique præsumit ex quadam humanitate, ad hoc inducta, vt bona parentis filio ex lege deferri intelligantur, & filius ea bona in successores suos trāmittat. l. Cum pubere. ibi, humanius est. ff. De reb. dub. Porrò si ea præsumptio ad propositam speciem induceretur: animaduertemus, inhumanitatem occurrere, quum effectus præsumptionis sequi non possit. Adde quòd filij secundò geniti causa esset miserabilis: vt illius infortuniū, qui patre & fratrem fortuito casu amisisset, nō esset hoc totius familiæ dāno prægrauandū, argumē. l. Si furiosi. in fin. C. De nuptijs. Denique in fauorem filij secundò geniti induco tex. in. l. Qui duos. §. Si cum filio. ff. De reb. dub. vbi si libertus cum filio pubere simul decesserit: non præsumitur filius pubes superuixisse patri. Cuius rei ratio illa est, ne scilicet præsumptio, quæ ex humanitate fuit inducta: inhumanè patronum à successione liberti excluderet. Igitur respectus secundò geniti, qui filius est vl-

timi possessoris, & ex liberis illius, qui donationem meruit: mouere debet, vt nihil omnino presumatur, argu. nota. per glo. in. l. Si quis legatū. §. fin. in verb. non posse. ff. Ad. l. Corne. de fals. Sic ille ex iuris regula, quasi in maioratum patris succedet: non verò quasi à fratris maioratu inhumanè excludetur.

Quinimo et si probaretur, primogenitum filium patri superstitem fuisse, & propterea cōstaret, quòd bona maioratus ad Regiam coronā essent deuoluta: Princeps ex benignitate sua nouam concessionem facere deberet huic patri: quem admodum Rex Ioānes, ipsius legis mentalis autor, non semel fecisse memoratur. Nam & Petro Valasco & Lionello de Lima fratribus vltimi possessoris, eisdemq; liberis illorum, quibus primùm donationes factæ fuerant, denuò maioratum concessit, vt habetur. d. tit. 17. §. 12. Fortassis autem esset, qui diceret, fieri hoc casu iniuriam, si Princeps donationē nō refirmaret, argumē. tex. in. l. 1. §. Permittitur. ff. De aqua quotid. & æsti. Quo loco glos. in verb. impetrabile, argumē. eius. §. scripsit, quòd mortuo vassallo, & finita concessione feudi, hæres masculus debet impetrare nouā inuestituram. Vnde & Bar. ibidē collegit, quòd finita emphyteusi per generationem finitam, possunt descendentes petere refirmationem, & de facili impetrabunt:

bunt: quia esset iniuria, si non fieret refirmatio. Quæ Bar. sententia magis cõmuniter approbatur, vt scribit Ias. in. l. 2. n. 23. C. De iure emphyteu. & latè ostendit Philip. Dec. cõf. 131. Reuocatur. n. 2. et Paul. Paris. cõf. 108. De bono. n. 55. lib. 1. Ex quorũ dictis & eiusdem Decij cõf. 78. Licet in casu. n. 3. videtur ea cõmunis opinio, applicari posse ad propositã maioratus speciẽ: quãuis frater, qui refirmationem petit, nec sit descendens, nec hæres fratris vltimi possessoris.

Sed tamen resoluendum est, quòd si Rex velit, ad Regiam coronam ea bona reuocare, possit iurè hoc facere: quum hic effectus ex eo modo procedat, quẽ perfectis donationibus imposuit lex mentalis. Alio qui si Rex negaret refirmationẽ, vt eadẽ bona extero concederet: planè iniuria esset. Nã sententia Bartoli, de qua suprà, ita intelligitur, vt iniuria sit, non refirmare emphyteusim, si dominus directus velit, eam extero cõcedere. Cæterum si velit, prædium sibi retinere: non facit iniuriam qui iure suo vtatur, vt tradit Abb. in. c. Bonæ memoriæ. o. 2. n. 28. De postula. prælato. Nicol. Mil. in reperto. in verb. Emphyteusi finita. Iason cõf. 28. n. 8. lib. 3. Ludo. Gozadi. cõf. 39. Prima facie. n. 21. Frãcis. Ri. in. l. 1. n. 9. ff. De priuile. credito. Et hæc circa hunc articulũ tractasse interim sufficiat: vt ad sequentẽ transeamus.

¶ De maioratibus bonorum
patrimonialium.



EQVITVR articulus de maioratibus bonorum patrimonialiū, quos in vltima volūtate testatores frequenter constituūt. Nā si mortuo eo, qui maioratum tenebat, superfint filius eius secundò genitus, & ex primogenito prædefuncto conceptus nepos: difficilior est patruī & nepotis quæstio, quàm fuerit in superiore articulo. Cessante enim authoritate legis mentalis, de iuris communis rationibus tota disputatio esse videtur. Et quidem quum proximis annis in hac vrbe Conimbrica moueretur ex facto huiusmodi controuersia: consultus respondi quid sentire. Et erat hæc verborum formula, quibus maioratus dicebatur institutus,

Eu leixo por administrador da dita capella a Gonçalo meu filho, e per sua morte quero q̄ venha ao seu filho mayor q̄ elle teuer, sendo de legitimo matrimonio nado. E se nam teuer filho, venha a sua filha mayor que teuer legitima. E assi da bi em diante pera sempre ande por ho dito modo em os que delle descenderem.

Proponebatur, quòd Gōsallus mortuo patre hūc

maiora-

maioratum habuerat. (Erat enim maioratus, iuxta notabilem distinctionem legis Regiæ lib. 2. tit. 35. §. antepe.) Quum verò ex legitimo matrimonio plures filias habuisset: primogenita viuo eo decesserat, & ex se natam filiam legitimam reliquerat. Contendebant de maioratus successione filia secundò genita natu maior, & neptis primogenitæ filia, natu minor. Respondi, filiam secundò genitam nepti esse præferendam. Et licèt res fuerit decisa per transactionem: nihilominùs filia secundò genita, modico dato, successit patri in maioratu.

Igitur constituta hac controuersia inter patrum & nepotem, pro nepote sequentia argumenta facere videntur.

Primò facit, quòd verbis institutionis vocari videtur nepos Gonsalli, ex primogenito conceptus, illis videlicet, aoseu filio. Siquidem filij appellatione omnes liberos intelligimus. l. Filij. l. Iusta. l. Liberos. ff. De verbo. signi. Deniq; quòd hæc verba, filium ex se natum, referantur ad nepotem, probat tex. in l. Lucius, a. 2. ff. De hæred. institu. Vbi illa conditio, si filium ex se natum non habebit, pertinet ad nepotem: vt colligitur ex eo tex. in verb. liberos, & deducit post alios Philip. Corn. in l. 1. n. 2. C. De conditio. insertis.

Secundò

Secundò facit, quòd nepos, etiam si minor ætate sit, quàm patruus, verbum illud institutionis, maior, aptari eidem potest: quòd si filius sit primogeniti, qui ætate maior erat, vt subtilibus argumētis nixus est ostēdere Paul. Castrés. conf. 164. lib. 2. & Soci. eum referēs conf. 252. Visi instrumentis. lib. 2.

Tertiò facit, quòd in hac celebri quæstione patruus & nepotis, videtur esse communior opinio pro nepote: vt apparet ex his, quæ recenset Andre. Tiraquel. d. q. 40. n. 11. vbi. n. 17. refert, se partes nepotis semper sectatum fuisse. Sed & Thomas Grāma. decis. 1. hanc partem secutus est: & finalibus verbis testatur, ita decisum fuisse. Hanc opinionem seruari de cōsuetudine, scribit Carol. Molin. ad Alex. cōf. 4. lib. 4. & eam dixit cōmuniorem & veriorē Anto. Gomess. in. l. 40. Tauri. n. 65. & nouissimè Dida. Couarru. Pratica. quæstio. cap. vlti. n. 6. vbi seclusa lege Regia, existimat, opinionem, quæ nepoti fauet, esse iure veriorē.

Quartò facit, quòd & si verba institutionis erant eo modo concepta, vt referri viderentur ad filium maiorem, quem tempore mortis suæ Gonfallus habuisset, hoc est ad secundò genitum: etiam in horum verborum terminis partes nepotis natu minoris contra patruum defenderunt Abbas conf. 85. lib.

1. & Castren. cōf. 164. lib. 2. & Ludo. Roma. cōf. 29. In causa maioria. Hi omnes autores legerunt verba Regis Castellæ, qui in donatione, facta per modum maioratus, ita dixerat. Et post obitum vestrum habeat succedere vester filius maior, quem habueritis ex legitimo matrimonio. Nihilominus in his etiam terminis retinuerunt communioem opinionem, que nepoti fauet. Deniq; in propria specie, de qua agimus, pro nepote cōsultuit Andre. Sicul. cōf. 10. lib. 2. Propositum enim fuit, quòd quidam in vltima voluntate certam bonorum partem Raymundo nepoti suo reliquerat: & cauerat, vt post mortem Raymūdi ea pars bonorū deueniret ad filiū maiorem, qui ex illo superesset. Mortuo Raymundo, contendebant de maioratus successione filius Raymundi secūdo genitus, & eiusdem Raymundi nepos, conceptus ex primogenito filio, qui viuo patre Raymundo decesserat. Respondit Andre. Siculus, maioratum pertinere ad nepotem primogeniti filium: quanuis natus minor esset. Porrò hoc Andreæ Siculi cōsiliū miscet Andre. Tiraquel. in. d. 40. quæstio. n. 11. cum alijs authoritatibus, quas pro nepote cumulauit.

Quintò pro hac parte accedat subtilissimū Papi-
niani respōsum in l. Cum auus. ff. De conditio. &
demonst. quod Iustinianus laudauit in l. Genera-
liter



liter. C. De institu. & substi. & in. l. Cum acutissimi. C. De fideicommiss. Testator ibi filium Petrum, & ex præmortuo filio nepotem, Ioannem heredes instituit: & adiecit, vt post mortem Ioannis, pars, quam illi dederat, perueniret ad filium Petrum. Mortuo testatore, nepos Ioannes post quæsitam aui hæreditatem decesserat, relicto hærede filio. Petrus ab hoc testatoris pronepote, & patris sui hærede, fideicommissum iuxta testamēti verba petebat. Pronepos, secundum coniectam proavi defuncti voluntatem, negabat, se teneri ex persona patris ad fideicommissi restitutionem, Papinia. respondit, Petrū excludendum fore: quia pronepos testatoris retenturus esset partem, quam pater ex testamento acceperat. Coniecit enim, quòd sicut testator Ioannem nepotem Petro filio prætulcrat in ea hæreditatis parte, quam Ioanni dederat: ita quoq; tacito iudicio prætulisse eidem Petro videbatur eiusdem Ioannis liberos, vt facerent deficere fideicommissi conditionem. Applicari igitur potest Papiniani responsum, in fauorem pronepotis contra patrum, facta simili coniectura. Vt enim testator filium Gōsalli primogenitum filio eiusdem secundò genito prætulit: ita quoq; intelligi debet, quòd eiusdem primogeniti liberos eidem secundò genito filio præferre

ferre voluerit. Atq; in hunc modum induxit Papiniani respōsum pro nepote Andr. Sicul. d. cōf. 10. lib. 2. & deinde Andre. Tiraquel. d. quæst. 40. n. 91.

Sextò & vltimò considerandum est, quòd is, qui maioratum instituit: erat ex ascendentibus horum liberorum. Quare si hi duo, nepos, & pronepos, de eius parentis, ab intestatò mortui, hæreditate contenderent: non dubiè pronepos in locum patris sui succederet, & æqualiter cum patruo admitteretur. §. Cùm filius. Insti. De hæredita. quæ ab intesta. deferū. Quo exemplo idè repræsentationis priuilegium videtur inducendum ad speciem, in qua pronepos simul cum patruo velit admitti ad bona proau, titulo fideicommissi: quia & per fideicommissum ipsi testatori succeditur. l. Cohæredi §. Cùm filie. ff. De vulga. Idq; ita colligi videtur ex sententia glo. in. l. Cū ita. §. In fideicōmisso. in verb. proximo. ff. De lega. 2. vbi intellexit, q; in fideicōmisso familix relicto repræsentatio locū habet, quæ planè locū haberet in successione intestati. Et glo. sententiã cōmuniter esse approbatã, constare videtur ex his, quæ circa illam tradit Claudius in. l. Gallus. §. Quidã rectè, col. 2. ff. De libe. 2. & posthu. Philip. Corn. in. l. fi. col. fi. C. De verbo. signi. Iason conf. 215. lib. 2.

Ex his igitur fortissimum argumentū descendit

pro

pro nepote contra patruum etiam natu maiorem. Nam licet in quaestione patrum & nepotis difficile sit constituere, vtra sit comunior opinio, vti scripserunt Philip. Dec. conf. 443. n. 22. & Hyero. Gratus conf. 6. Visis. n. 25. lib. 1. videtur, districtè constituendū fore, quòd vbi ageretur de maioratu, in cuius successiōe locum habeat representatio: sit comunior opinio pro nepote. Si quidē iuris ciuilis antesignanus Bart. qui in Authē. Post fratres. 2. C. De legi. hære. partes filij magis probauit, eas vtiq̄ue ita probauit, si modò materia successiōis representationem non admitteret. Contrà si ageretur de successiōe, in qua representatio locum sibi vèdicaret: sentire visus est, quòd nepos patruum excludere deberet. Quod ita ex Bartoli sententia deduxerunt Aret. conf. 162. Diligenter. n. 8. & Socinus conf. 252. Visis. n. 17. lib. 2. & Præpos. in cap. 1. in. 29. argumento pro parte filij. De feudo Marchiæ, & Ioānes Cirier in tracta. primoge. lib. 1. q. 25. n. 7. vers. Secundò considero. Ergo quum in proposita specie successiō per fideicommissum in bonis ascendenti admittat representationem: consequens erit inducere, quòd ex Bartoli sententia nepos patruo sit præferendus. Et hanc iuris rationē in fauorem nepotis sensit doctissimus Alexā. conf. 4. Ponderatis. n. 11. vers. Et potissimè est in casu nostro
lib. 4.

lib.4. Expendit enim cum iudicio in fauorem filij
 secundò geniti contra nepotem, quòd in propofita
 quæftione is, qui maioratum instituerat, non erat af-
 cendens, nec patruus eorum, qui de maioratu contē-
 debant. Quocirca, non poterat induci priuilegiū re-
 præfentationis in fauorem nepotis: vt est expreffum
 in.d. Authē. Post fratres. Sic Alexáder significauit,
 quòd vbi ascēdens maioratum instituiſſet, de cuius
 ſucceſſione liberi descendentes contenderent: dete-
 rior cauſa patruī erat, & melior nepotis. Idquē etiā
 ſenſit lex Castellæ Regia. 40. Tauri illis verbis,
**Lo qual no ſolamente mandamos que ſe guarde y pla-
 ti que en la ſucceſſion del mayorazgo a los aſcendien-
 tes, pero aun en la ſucceſſion del mayorazgo a los
 tranſuerſales.** Sic enim locuta eſt lex, quaſi quæſtio
 non videretur adeo controverſa, quo caſu de aſcen-
 dētium ſucceſſione ageretur: quoniam tunc repræ-
 ſentatio iure cōmuni locum habere videbatur, &
 conſequenter nepotis cauſa præualebat. Denique ſi
 in hac ſpecie ſtat pro nepote iudicium & authoritas
 Bartoli, nec oſtēdi poteſt, q̄ cōmunior opinio ſit in
 cōtrarium: iudicandū erit in hoc Regno ſecundū
 hanc partem, vt conſtat ex.l.Regia lib.2.tit.5. §.1.

Nec obſtaret nepoti lex Regia mentalis, quæ ſine
 dubio patruū nepoti prætulit in maioratu bonorū

Regiæ coronæ: quoniam respōderetur, illam maioratus speciem, & diuersam, & diuersæ rationis esse. Quippe iuris ratio, quæ constitutionem illam pro patruo expressit: non videtur, locum habere in hoc maioratu bonorum patrimonialium, quæ constituit ascendens liberorum, de parentis successione contentium. Summa enim ratio, quæ pro nepote cōtra patruum facere potest: repræsentationis priuilegiū est, vt sæpius diximus. Planè id priuilegium nullatenus induci potuit ad successionem maioratus bonorum Regiæ coronæ: & propterea filius nepoti fuit præferendus, vt suo loco ostendimus. Contrà idem priuilegiū videtur locū habere in hac successione bonorū patrimonialium, quæ parēs vni ex liberis suis reliquit: & propterea nepos patruo præferri potest.

*¶ Patruus ut
poti præferri
debet in maio-
ratu bonorum
patrimonialium.*

Sed his argumētis & autoritatibus minimè obstantibus, mihi probabilior visa est semper causa filij secūdo geniti, aduersus nepotem primogeniti filium. Idque in consulendo & iudicando magis probandum fore, sequentibus argumentis demonstratur.

Primò in fauorē filij secūdo geniti, facit tex. in. l. Cū ita. §. In fideicomisso. ff. De lega. 2. vbi Papinian⁹ ait, q̄ in fideicomisso, quod familię relinquitur, hi ad petitionē eius admitti possūt, qui nominati sunt: aut post omnes eos extinctos, qui eo nomine fuerūt, etc.

Consi-

Considerandū enim est, quòd in proposita specie illis verbis, *ao seu filio*, nominatus intelligitur filius: non verò nepos, qui generali descendentium nomine post filium vocatus intelligitur. Igitur ita demum vocabitur nepos, si nullus filius supersit, argumē. d. §. In fideicomisso, ibi, aut post omnes &c. Nā non solum nominatus fuit Gonsallus, qui nomine proprio inuitatus fuit ad maioratū: sed etiam fuit nominatus Gonsalli filius, hoc nomine appellatiuo, *ao seu filio*. Ad hoc facit tex. notabilis in l. Titius. ff. De libe. & posthu. vbi pater dicitur nominatim exheredare filios, nō tātūm si eorū propria nomina exprimat: sed etiam si filios exheredare se dixerit sub nomine appellatiuo. Et tamen si dixisset, exheredo oēs liberos, seu omnes descendentes meos, non diceretur, nominatim exheredationem fecisse: quoniam liberorum seu descendentium appellatio plures gradus generaliter comprehendit. Atque ita hoc argumento in fauorem filij secundò geniti contra nepotem vsus est Alex. conf. 123. Discusis col. 2. lib. 1. Et sanè si testator, qui nomine proprio filios potuit exheredare, iam proprium nomen habentes, satisfacit formę, exheredādo eos appellatiuo nomine: facilius dicetur nominatim designasse Gonsalli filiū, quē vtique nō dū natum, minimè potuit proprio nomine appellare.

Confirmatur hoc argumentū ex Baldi sententia in.l. Vt intestato. C. De suis. & legi. libe. vbi dixit, q̄ in quæstione patruī & nepotis si verba vocant filiū primogenitum: nomen filij exprimit, filium nepoti esse præferendum. Quā Bal. traditionem fermè receptiūs approbari, superiore articulo obseruauimus. Porrò quod Bal. tradidit in verbis legis, non est: cur æquè locū nō habeat in verbis testatoris, argumē. §. Disponat testator et erit lex, Authē. De nupti. Col. 4

Et hoc maximè in proposita specie locum habet, in qua posteaquā testator vocauit Gonsalli filiū & filiam, adiecit, *Essi de hi em diâte pera sempre andepoz ho dito modo em os que delle descenderem.* Hoc enim casu propriūs inducitur tex. in. d. §. In fideicōmissō. vt filio extāte, nō possit ex prædefuncto filio nepos admitti, qui post gradū filiorum specialē sub descendentīū generali nomine vocatus intelligitur, vt Philip. Dec. cōsiderauit conf. i. col. fina. vers. Postremò aduertendum, & Alcia. in. l. Iusta, ad finē, & in. l. Liberorum col. pen. ff. De verbo. significa.

Sed et remota hac ratione, nepos non posset dicere, se nominatum sub filij nomine: quū filij appellatio ex proprietate & cōprehensua interpretatiōe solū filiū exprimat. l. Quod si nepotes. ff. De testate. §. Siqs filiabus. Insti. Qui testa. tuto. dari possūt.

Habetur

Habetur inibi, quòd is qui Titium tutorem filijs dedit, solis filijs, non verò nepotibus dedisse intelligitur: quoniã aliter filios, aliter nepotes appellam⁹. Quòd si filiorum appellatio æquè nepotes compræhenderet, atq; filios: non dubiè idem Titius etiam nepotibus tutor datus videretur. Hoc enim respõsum est in eo, qui Titium liberis suis tutorem dedit, vt tã nepotibus, quàm filijs eundem tutorem dedisse vtiliter videatur: quoniam liberorum appellatione æquè veniunt nepotes atq; filij. d.l. Quòd si nepotes. d. §. Si quis filiabus. l. Liberorum. ff. De verb. significa. Vnde licèt filij à appellatione õnes liberos intelligamus, l. Filij, cum simi. ff. De verb. signifi. id verum est per interpretationem extensiuam, qua nõ semper utimur. Si quãdo autem in materia merè fauorabili recipiẽda sit ea extẽsiua interpretatio: haudquaquam dicemus, quòd is, qui filium nominavit, hoc appellatio filij nomine appellauerit etiam nepotẽ. Magis enim dicemus, quòd significauerit, velle se, vt quod de filio, quẽ nominavit disposuit, locum habeat in nepote, de quo nihil locutus est. Sed hoc ita per interpretationem extensiuam accipiendum est, si propria & compræhensiuam interpretationem locum sibi nõ vèdicauerit in filio. Quippe si extiterit filius, recipi nõ potest, vt personam deseramus, quã testator sub no

mine filij specialiter nominavit. & intrudamus nepotem, quem sub eadem appellatione minimè nominavit. Quod ita rectissimè præcepit Bart. in. l. Libero rum. n. 18. ff. De verbo. signifi. circa. l. Lucius. a ij. ff. De hære. insti. & eius traditio cõmuniter tenetur, secundum Alex. conf. 9. Visis verbis. n. 3. lib. 1. Philip. Corn. cõs. 182. Videtur. n. 7. lib. 2. Deniq; quum hoc nomen, *ad seu filio mayor*, filius, secūdò genitus maior, integrum sibi vendicet: quasi nominatus, præferri debet nepoti, qui nequeat dicere, se eodem filij nomine fuisse nominatũ, arg. d. §. In fideicõmissio.

At enim nepos dicet, patrẽ primogenitũ fuisse nominatũ: in cuius gradũ ipse ex iure representationis successerit. Sic agnoscat, se non fuisse nominatũ: sed contendet, sibi satis esse, quòd pater primogenitus fuerit nominatus, etiã si is viuo patre Gõsallo decesserit. Quippe hĩc agitur de bonis ascēdētis, & in fidei cõmissio familię relicto: atq; ideo seruandũ est representationis priuilegiũ nõ minũs, quàm seruaretur in eiusdẽ parētis legitima hæreditate, secūdũ glo. receptę autoritatẽ in. d. §. In fideicõmissio, in verb. pxi mo. Sed tñ fortiter defendendũ est, quòd in pposita specie representationi locus non sit. Nec oberit eius glo. autoritas: quoniam multis modis potest euitari. Et primò dicetur, glo. fortassis nõ voluisse, quòd

*¶ Representa-
tio filij in gra-
dũ patris, que
locum habet
in hæreditate
legitima: v-
trum habeat
locũ in fidei-
cõmissio.*

in ter-

in terminis illius. §. haberet locum representatio: vt Philip. Dec. tentauit cōf. 1. col. 2. vers. Tertiò nō obstat, & alibi sæpè. Sed & si Andre. Tiraquel. in. d. q. 40. n. 187. referat, glo. aliter ab omnibus intelligi, excepto Decio: equidem lego, Rapha. Cumanū in d. §. In fideicōmissio. idē antē scripsisse, & ex Cumani sentētia Soci. cōf. 252. Visis. n. 3. lib. 2. Verūtamē probabilior est cōmunis DD. opinio, qui ex glo. ad terminos tex. relata diuersum intellexerūt, vt verū esse, præsupposuit Ant. Rube. cōf. 82. Vifo, n. 5 Et sanè ex glo. sentētia ita interpretandū est, q̄ post oēs nominatos extinctos, si proximo gradu frater testatoris fuerit, cōcurreret cum eo prædefuncti fratris filius: vt ad fideicōmissum familię relictum simul admittantur, sicuti ad eiusdē defuncti hereditatē legitimā simul admitterentur Authē. Cessante. C. De legi. hære.

Vnde secūdò dici poterit, q̄ gl. sentētia nō sit vera: quia non idem dicendū sit in hominis, quod in legis dispositione, vt ibi cōtra glo. Bal. notauit argumē. l. Tutela. §. Si duo. ff. De legiti. tuto. Et in Bal. sentētia aduersus glo. sunt multi graues autores, quos diligenter cumularunt Andreas Tiraquel. d. quæstio. 40. n. 285. & Didac. Couarr. Practi. quæstio. cap. vltimo. n. 4. vers. sic sanè, & Nicola. Bello. qui scripsit, hanc partem sequendam, quasi magis

cōmunem, conf. 50. In præsentī difficultate. n. 2. Sed Ioan. Imol. in. d. §. In fideicōmissō, in fin. respōdet ad tex. in. d. §. Si duo, à Bal. allegatum: vt eū retorquere nitatur pro glo. sententia. Nam quum ibi solus vnus patroni filius ad tutelam liberti vocetur, excluso alterius patroni nepote: Ioan. Imol. considerat, eius rei rationem ibi fuisse expressam, quòd videlicet idē patroni filius admitteretur solus ad legitimā eiusdē liberti hæreditatem, excluso alterius patroni nepote. Vnde argumentatur, quòd sicut ibi filius & nepos ad tutelam inuitantur eodem modo, quo ad successionem inuitarentur: ita in proposito frater & fratris filius per contrarium inuitari debent ad fideicōmissum, à defuncto relictum, eodem modo, quo inuitarentur ad eiusdem defuncti legitimam hæreditatem. Et videtur hęc considerationem Ioan. Imol. probasse Aretinus conf. 162. Diligenter. col. fin. Sed tamen Soci. cōf. 252. n. 3. lib. 2. replicat pro Bal. cōtra glo. & Ioannem Imol. quod Bal. expendit, successione liberti in. d. §. Si duo. deferri filio patroni, excluso alterius patroni nepote quasi gradus remotioris.

Ego verò cōtra glo. nouè induco tex. in. l. Si liber tus præterito. §. 1. ff. De bonis liberti. vbi si ex vno patrono supersint filius, & ex prædefuncto filio nepos: lex hæreditatem liberti nō nepoti, sed soli filio defert,

defert, vt potè proximiori. Sic nepos, qui ad legiti-
 mâ aui patroni hæreditatè simul cū patruo admitte-
 retur: non eodè modo admittitur ad legitimâ liberti
 hæreditatè. At qui ratio, quæ ex iure patronatus bo-
 na liberti patrono, & deinde eius liberis detulit, ex eo
 descendere videtur, q̄ libertus, si à dño manumis-
 sus non fuisset, vtiq; apud eundè dominũ, & deinde
 apud liberos eius hæredes, seruus mâsisset: & eadè ra-
 tione apud eosdè omnia bona liberti mansisset, quæ
 eisdem iure dominicæ potestatis quæsiturus fuisset,
 vt probatur in prin. vers. Libertus autè. Insti. De fi-
 ducia. tute. Quapropter legi pronũ fuit, hac eadè ra-
 tione inducere, vt nepos, qui ad bona aui nõ minũs,
 quàm patruus, esset admittendus: equè ad bona liber-
 ti auiti simul cū patruo admitteretur. Sed tamè lex,
 & si animaduertet, eandè propè rationè versari:
 noluit, ad terminos aliquantũ differentes priuilegiũ
 representationis inducere. Proinde regulã maluit re-
 tinere, & bona liberti patroni filio, quasi pximiori,
 deferre, nepote excluso. Ergo si lex, vbi vidit, se ex-
 tra terminos hæreditatis ab intestatò delatè cõstitu-
 tam, ad suã dispositionè non respexit: minũs homo
 ad eandè legis dispositionè respexisse intelligendus
 est, quin potius, nõ habita ratione repræsentationis,
 bona sua proximiori de familia reliquisset. Sed quia
 liquido

*Accursij aucto-
ritas quanta sit
in hoc Regno.*

liquidò cōstare nequeat, q̄ Accursij opinio sit cōmu-
niùs reprobata: difficile esset in praxi, obtinere ad-
uersus eius auctoritatem, iuxta id, quod præceptū
est Ordina. Regia. lib. 2. titu. 5. §. 1.

Quare tertio aduertendū puto, quod Accursij au-
toritas in pposita quæstiōe cessat. Ille enim iuxta tex.
loquitur eo casu, quo fideicōmissū erat familię reli-
ctum: vt tūc detur repræsentatio, quæ in hēreditate
legitima locum haberet. Sin autē fideicōmissū pro-
ponatur, relictum esse sub nomine appellatiuo, certū
gradum designante, vt putà filijs, vel fratribus: tunc
non offensa Accursij auctoritate, dicemus, filios, vel
fratres, quasi nominatos, priore loco admittendos.
Nec cum filijs concurrent nepotes, nec cum fratri-
bus concurrent fratrum filij: quum hoc nullo iure
probetur, nec ex Accursij sententia colligatur. Atq;
ita has species cū iudicio distinxerunt Curtius Iuni-
or in. l. 2. n. 14. C. De successō. edicto & conf. 22. n. 7.
cum sequen. Paulus Paris. conf. 37. Si bona. n. 53. &
57. lib. 2. Carol. Moline, ad Alexan. conf. 240. Consi-
deratis. lib. 2. & conf. 26. Videretur. n. 13. lib. 3. Bello-
nus cōf. 50. n. 3. Dida. Couarr. Practica. quæstio. cap.
ultimo. n. 4. vers. Quintò idē erit. Et sanè pro hac
sententia, q̄ repræsentatio in his speciebus locū nō
habeat: allego tex. in. l. Cū pater. §. Hæreditatē. q. 1.

.ff. De

.ff. De lega. 2. quem ibi Dynus & Alberi. expendunt, & infra specialius ipse expendam.

Secundò principaliter cōsidero, q̄ verba institutionis habent euidentem relationē ad filium maiorem, quem pater tempore mortis habuisset. Vnde verba testatoris videtur, articulum eximere à cōtrouersia, ex Bal. sentētia in. l. 2. col. 1. ad finē. C. De iure emphy. quam superiore parte receptā esse, diximus.

Adde quòd cūm Bal. loquatur eo casu, quo facta est mentio primogeniti: eius sententia facilius procedat in proposita specie, in qua fuit facta mētio nō primogeniti, sed filij maioris. Nam filij maioris appellatio proprie cadit in filiū secundò genitū, si primogenitus antè decessit: quāuis primogeniti appellatio in eum non cadat, vt aliās supra obseruauimus.

Item adde, in terminis horū verborū respondiſſe Ludo. Roma. conf. 438. n. 10. ex Petri de Anchar. sententia, q̄ vbi testator post mortē instituti, vocat filiū ipsius maiorem, de eo demū intelligit, qui maior reperietur tēpore mortis paternę: nec intelligit de eo, qui maior erat ante id successionis tēpus. Item Soci. qui in cōf. 252. n. 7. vers. Sed p̄missis. lib. 2. enixè defendit partes nepotis, idē in. l. Si cognatis. n. 5. ff. De reb. dub. agnoscit, q̄ in p̄posita specie fili⁹ nepoti est p̄ferendus: vbi & Ioā. Sadole. idem probauerat, vt aliās
retuli-

retulimus circa intellectū legis métalís. Idem tenuit Cassene. conf. 53. Ex facto. n. 12. dicens, q̄ filius primogeniti non est admirtédus, quoties verba instituentis maioratū referūt se ad filiū, qui superuixerit tēpore mortis, argu. l. Ex facto. §. Siquis autē, in princ. ff. Ad Trebel. Sic etiā Alci. in. l. Proxim⁹. ff. De verb. signi. refert, se ex facto respondisse super quadā testamētaria substitutione, in qua erat vocatus, qui tēpore mortis vltimi possessoris, esset filius secūdò genitus. Nā quū ex tribus fratribus primogenitus decessisset, respondit, admittédum filiū tertio genitū: qm̄ secūdò genitus in locū primogeniti, & cōsequēter tertio genit⁹ in locū secūdò geniti successerat.

Tertio principaliter considero relatiuū illud, **que teuer**, quod iunctum verbo futuritēporis facit cōditionem. l. Stichum qui meus erit. ff. De lega. i. vnde primogenitus, qui viuo Gonfallo decessit, non decessit pendente conditione: sed decessit iam defecta conditione. Paria enim vidētur, dicere, veniat ad filium maiorem quem habebit: vel dicere, veniat ad filium maiorem, si eum moriens habebit. Vnde quum Gonfallus moriens nō habuit filiū primogenitum, quē vtiq; antè amisit: intelligitur, ipsum primogenitū fuisse defectū conditione. Quod ita verū esse, agnouerunt in nostris terminis Abbas conf. 85.

*¶ Relatiuum
quis vel qui, iū
ctum verbo fu
turi temporis
quando cōditi
onē, & quādo
demonstratio
nem faciat.*

col. 2. ad finē. lib. 1. & Andre. Sicul. cōf. 10. col. 3. n. 10. lib. 2. moti ex regula. d. l. Stichū qui meuserit. Propterea hoc argumento pressi, ius ipsius primogeniti, quasi conditione defecti, reliquerūt: & filiū ipsius primogeniti ex propria eiusdem persona admittere conati sunt.

Ego autē in hoc articulo diuersam iuris rationē sequor. Intellico enī, q̄ textū in. d. l. Stichū qui meus erit: Abbas et Andre. Sicul. insubtiliter nostris terminis induxerūt. Nā si verba ita fuissent concepta, & post obitū vestrū habeat succedere Ioānes vester fili⁹ maior, quē habueritis & c. tūc rectē induxissent tex. in. d. l. Stichum. Siquidem relatiuum, quis vel qui, iunctū verbo futuri temporis, inducit conditionē, & dispositionem efficit cōditionalem, si certo corpori, et satis demōstrato, adijciatur. d. l. Stichum qui meus erit. Cæterū vbi idem relatiuum, iunctū verbo futuri temporis, adijcitur incerto corpori, non aliter demonstrato: tunc non facit propriē conditionē, nec reddit dispositionem conditionalē: sed facit demōstrationem. Probat hoc tex. nota. in. l. Commodissime. ff. De libe. & posthu. vbi verba, quę aliās important conditionem, & faciunt dispositionē conditionalem: non faciunt conditionem, sed demōstrationē, si personæ incertę adijciatur. Vnde si ita scripsero,

ro,

ro, Instituo filium, si mortuo me nascetur, vel
 ita, Instituo filium, qui mortuo me nascetur: fi-
 lius, qui in vita nascitur, non dicitur conditione
 defectus, quoniam utique nec sub conditione fuit
 institutus. Ex quo Bárt. ibidem colligebat, quòd si-
 quis instituit filium, qui sibi nasceretur, & matrimo-
 nium contraheret, in mille, filiam verò, quæ sibi na-
 sceretur et monasterium ingrederetur, in quingētis:
 testamentū omnimodò rumpetur, si deficeret de-
 monstratio. Nec enim sustineri posset ex. l. Quoniã
 in prioribus. C. De inoffi. testa. quoniam ille tex. pro-
 cedit in liberis sub conditione institutis, non verò in li-
 beris omnimodò præteritis. Quam sententiã Barto-
 li Dd. cõmuniter probauerunt, vt per Ias. in. d. l. Cõ-
 modissimè. n. fi. Rode. xuar. in repet. d. l. Quoniam
 in prioribus in. i. amplia. col. antepe. Albert. Barbe.
 in repet. l. Si pater. n. 304. C. De institu. & substitu.

Vnde in proposita quæstione, in qua testator vo-
 cauit Gonsalli filiū maiorem, quæ is tempore mortis
 habuisset: primogenitus Gõsalli filius, qui viuo pa-
 tre decessit, nec quidè sub conditione vocatus fuisse
 intelligitur. Proinde quū patri superstes non fuerit:
 non tã dicitur cõditione defectus, quàm nullo modo
 demonstratus. Quod etiam probat tex. singularis in
 l. Scribit Quintus Mutius. §. fina. ff. De auro & ar-
 gen,

gen. lega. vbi. Pomponius respondit, quòd si quis ita legauerit, Lego vxori meæ aurū, quod ipsius causa paratum erit, & ex auro, quod vxoris causa paratū habuissēt, libram alienasset: nullo modo hāc libram legasse intelligitur. Intelligo autē, quòd illa verba, paratum erit, ad mortis tempus ipsius testatoris referri deberent, argumento eiusdē. §. fina. ibi, & *mortis tempore*, & l. In conditionibus. ff. De condi. & demonstra. l. pen. ff. De testa. tute. l. Titius & Seius. l. Si Mæuia. ff. De hære. insti. Quod igitur aurum alienatū est, vt mortis tēpore non reperiatur paratū causa vxoris: id non tā detractū legato, quàm nunquam legato inclusum intelligitur. Sic deniq; relatiuū illud, quod, iunctum verbo futuri temporis, habet in se demonstrationē legati & argumētū: vt Pomponius ait in. d. §. fi. Accursius in ibi, & idē cū. Dd. in. d. l. Stichū qui meus erit, laborāt in cōciliādo eo. §. fi. cū. d. l. Stichū, et in eo operā perdūt. Vera enī cōciliatio est, q̄ in. d. l. Stichū, cōditio inducitur per relatiuū, iunctū verbo futuri tēporis: qm̄ adiectū erat corpori certo & demōstrato. At verò in. d. l. Scribit. §. fi. relatiuū, iūctū verbo futuri temporis, habebat in se demōstrationē & argumentū legati magis, quàm cōditionē: quoniā videlicet incerto corpori adiectū erat, vt reatissimè intellexit Alex. in. d. l. Commodissimè. n. 6.

Intellectus. l. Scribit. §. fina. ff. De auro & argen. lega.

Ex his ergo descēdit, quòd in proposita specie & in his speciebus, quas Abbas & Andre. Sicul. proposuerunt: filius primogenitus, qui in vita patris decessit, nullo modo demonstratus intelligitur: vt in eo non tam conditio defecerit, quàm demonstratio locum nunquàm habuerit. Nam is demum filius vocatus est, qui maior reperiatur tempore mortis paternæ: & consequenter demonstratio ad hunc solum filium secundo genitum pertinet, argumē. l. Nuper. vers. vt ea demū. ff. De lega. 3. et quod per eum obseruat Rode. xuar. in repet. d. l. Quoniã in prioribus, in. 1. amplia. col. pen. vers. Præterea ille solus.

Enimuerò diuersa hæc iuris ratio commodior est filio secundo genito aduersus nepotem: quàm illa Abbatis & Andreæ Siculi inducentium. d. l. Stichū qui meus erit. Sic namque cessant subtilitates Pauli Castré. conf. 164. n. 4. col. 5. vers. Primū tamen lib. 2. vbi in hac eadem verborum formula scribit, quòd ius filij primogeniti suspenditur vna tantum conditione videlicet, si patri suo superuixerit: ius autem nepotis suspenditur sub duplici conditione scilicet, si filius præmoriatur auo, et si nepos ipse eidem auo superuixerit. Vnde colligit, quòd si primogenitus viuo patre decedat: ius, quod apud ipsum erat, extinguatur, & ius, quod erat apud nepotē, succedere incipit,

cipiet, &c. Quis argutias excludit nostra considera-
 tio: vt primogeniti nulla ratio habenda sit, qui si pa-
 tri non superuixit, nullo modo demonstratus fuisse
 intelligatur. Proinde coniectura progredi nō potest
 ad nepotem, huius primogeniti filium: quū primo-
 genitus nec quidem sub conditione vocatus propo-
 natur. Cessat præterea argumentum, quòd primo-
 genitus nascendo se inclusit, & secundò genitū fra-
 trem perpetuò exclusit, de quo Andre. Tiraquel. in
 d. q. 40. n. 70. Siquidem is nascendo se non inclusit,
 & consequenter secundò genitum nōdum exclusit:
 quia demōstratio pēdebat ex tēpore mortis paterne.

Quartò principaliter allego & nouè induco acu-
 tissimi & meritò ante alios excellētis Papiniani sen-
 tentiam in. l. Cum pater. §. Hæreditatem, o. i. ff. De
 lega. 2. cuius verba hæc sunt,

*Hæreditatem filius, cum moreretur, filijs suis vel ex his
 cui voluisset restituere fuerat rogatus. Quo interea in in-
 sulam deportato, eligendi facultatem nō esse p̄na p̄rem-
 ptam placuit: nec fideicommissi conditionem ante mortem
 filij hæredis existere: viriles autem inter eos fieri, qui eo tē-
 pore vixerint, quum de alijs eligendi potestas non fuerit.*

Hoc responso Papinianus intellexit, quòd cum
 parēs hæredem filium rogasset, ut cum moreretur,
 filijs suis (qui videlicet liberi testantis erant) hæredi-

G tatem

¶ *Intellectus. §.
Hæreditatem.
o. 1. l. Cùm pa-
ter. ff. De leg. 2.*

tatem restitueret: solos filios hæredis instituti, qui su-
perstites essent tēpore mortis paternæ, ad fideicom-
missum inuitasse videbat̃. Vnde si ex tribus filijs hæ-
redis vnus viuo patre decessisset, relicto filio: hic ne-
pos hæredis instituti non admitteretur cum patruis
ad fideicōmissum filijs relictum. Quod & si Papini-
anus nō satis explicauerit, potest videri sensisse: quū
inter eos demū filios, quico tempore vixerint, quo
pater moreretur, viriles fieri scripserit. Idque ita
Papinianum significasse, Accursius sensit inibi in fi-
na. schol. & clarius in .l. vna, in fina. schol. C. De his
qui ante apertas tabu. Dynus Albe. & Ioan. Imol.
in. d. §. Hæreditatem. Ludo. Roma. conf. 438. In ca-
su consultationis. n. fina. Soci. conf. 73. Capiendo. n.
20. lib. 4. & idem. n. fina. Iason. n. 23. in. l. Gallus. §.
Instituens. ff. De libe. & posthu. Itaq; cōstanter affir-
mari potest, q̃ hanc sententiã probet tex. ita cōmuni-
ter intellectus in eo. §. Hæreditatē. Et sanè hæc rece-
pta interpretatio nō solūm ex verbis Papin. colligi vi-
detur: sed etiã cū iuris rationibus maximè congruit.

Siquidē nepos, ex filio præmortuo conceptus, ad
fideicōmissum, filijs datū, admitti nō poterat, quasi
ipse esset filius: quoniã verè nepos erat, non filius: &
aliter filij, aliter nepotes appellant̃. l. Quod si nepo-
tes. ff. De testa. tute. Sed & si in materia fauorabili vi-
deretur,

deretur, filiorum appellatione intelligi etiã nepotes: hoc recipi potuisset, si hæres nullos filios reliquisset. Tunc enim viriles partes fideicõmissarię hereditatis fierent inter eiusdẽ hæredis nepotes, argumẽ. l. Luti- us, a. ij. ff. De here. insti. l. Iusta. l. Liberorũ. ff. De ver- bo. signifi. Quũ tamen heres filios superstites reli- quisset, in quibus propria filiorum appellatio locum sibi vëdicavit: recipi non potuit, vt nepos admitte- retur, argumento eorum, quæ tradit Bart. in. d. l. Li- berorum. n. 18. Quod ita circa. d. §. Hæreditatẽ, ex- plicauerunt Soci. & Iason in. d. §. Instituens.

Nec potuit nepos, venire ex iure trãsmisso: quo- niam pater, qui viuo hærede decessit, ius fideicom- missi, cuius dies nondum cesserat, transmittere non potuit, nec quidem in liberos, iuxta glo. fina. in d. §. Hæreditatẽ, & in. d. l. vna. C. De his qui ante aper- tastab. tradit Bart. contra glo. ibi in. l. Is cui. ff. De actio. & obliga. & Ludo. Goza. cõs. 29. Videtur pri- ma facie. n. 17. Decius cõs. 55. col. pen. Frãciscº Ripa in. l. Hæredes mei. §. Cum ita. n. 64. ff. Ad Trebellia.

Sed nec potuit idem nepos, priuilegio repræ- sentationis succedere in locum patris sui, qui fili- us erat hæredis instituti, & nepos testatoris. Nam successio in gradum patris locum haberet, si pro- nepos hic ad legitimam eiusdem proavi testatoris



hæreditatē ab intestato cum patruis admitti vellet.
 §. Cūm filius, Insti. De hære. quæ ab intesta. deferū.
 Verūm quum ageretur de testamentaria successio-
 ne: soli nepotes testatoris ad aui hæreditatē fideicō-
 missariam essent admittēdi, excluso eiusdem testa-
 toris pronepote. Nēc enim in testamentaria succes-
 sione datur repræsentatio, sicuti Dynus specialitèr
 obseruauit, & Albe. qui eum retulit, in. d. §. Hæredi-
 tatem. Sic videtur eorū autoritas, allegari posse cō-
 tra glo. in. l. Cum ita. §. In fideicōmisso. in verb. pro-
 ximo. ff. De lega. 2. quæ etiam in testamētaria fidei-
 cōmissi successione admisit repræsentationem. Sed
 tamen Accursij sentētia procedit in fideicōmisso fa-
 miliæ relicto, in qua specie si parens filium rogasset,
 vt his, qui essent de familia, hæreditatem, cum more
 retur, restitueret: defenderetur, secundūm Accursij,
 authoritatem in. d. l. §. In fideicōmisso. quòd nepos
 filij hæredis cū patruis simul admitteretur ad parē-
 tis fideicōmissariam hæreditatem. At verò Papinia-
 ni sentētia in. d. §. Hæreditatem. procedit, vbi hæres
 filius rogatus est, cum moreretur, filijs suis hæredi-
 tatem restituere. Quæ species recipit iustam sepa-
 rationem ab Accursij specie in. d. §. In fideicōmisso,
 vt plerique autores rectè obseruarunt, quos supra
 allegauimus in primo huius partis argumento. Et
 sanè

sanè pro illorum sententia damus tex. coniuncta recepta interpretatione, in. d. §. Hæreditatem.

Hoc igitur vnicū argumentū, quod ex Papiniani sententia collegimus: videtur satis esse, vt filius scūdō genitus in proposita quæstione maioratus nepoti præferatur. Nam quòd de fideicōmissō bonorum, per modum maioratus relicto, tractemus: non videtur coloratam aliquam diuersitatis rationē facere. Etenim qui disponit, vt post mortem Gonsalli filij, maioratus deueniat ad filium eius maiorē: vtiq; ex filijs filij sui maiorem elegit. Porrò iusta, & secundū defuncti præsumptam volūtatem est coniectura, si is credatur elegisse illum, qui, remota electione, fideicōmissum inter cæteros erat habiturus. l. Cum pater. §. A filia, in fine. ff. De lega. 2. Conijciemus igitur, quòd defunctus maiorem ex filijs filij hæredis elegerit, & nullo modo nepotem: quoniam remota maioris electione, si fideicōmissum, hæredis instituti filijs simpliciter esset relicto: nepos inter cæteros nō admitteretur. Imò verò si parens hæredi filio dedisset electionē, vt de filijs vnum eligeret: nō posset, nepotem eligere, d. §. Hæreditatem, fina. verbis.

Deniq; propè est, vt difficilius videatur, nepotē ad maioratum admittere, quàm ad fideicōmissum, de quo Papinianus locutus est. Nā si in Papiniani res

ponso nepos nec in nomen, nec in gradum filij præ-
 defuncti potuit admitti: minus poterit in nostra que-
 stione admitti in nomen & gradum filij maioris ne-
 pos minor, secundum ea quæ tradunt Alex. conf. 123.
 Discussis vers. Sic etiam lib. 1. & Philip. Dec. conf.
 443. n. 21. Sed hac ratione omissa, illud magis æsti-
 mandum censeo, quod in Papiniani responso nepos
 contendebat admitti ad fideicommissariam parentis
 hæreditatem simul cū patris: nec tamen admissus
 est. Quomodo igitur qui ad partem fideicommissi
 non est admissus æqualiter cum patris, solus inte-
 grum fideicommissum sibi vèdicabit, patris excluso?
 Nempe facilius est, nepotem cum patris simul ad-
 mittere ad patris successorem: quàm quod nepos
 in locum patris succedat ad omnimodam patris ex-
 clusionem: vt ex multorum placitis retulit Andre.
 Tiraquel in. d. q. 40. n. 21.

Quintò principaliter allego pro hac parte. l. Re-
 giam lib. 4. tit. 62. §. *Et si mandose*, vbi expressum est,
 quod si quis fundum emphyteuticum sibi & perso-
 nis nominandis acceperit, & ab intestato decesserit,
 nomine nominato: fundus ad directum dominum
 deuoluitur, si emphyteuta sine liberis & ascenden-
 tibus decesserit. Sed si liberos moriens reliquerit: ex
 his filius maior, quasi à patre nominatus, ad emphy-
 teusim

teusim admitteretur, excluso nepote, etiam primogeniti, in vita patris defuncti, filio. Ad cuius. §. inductione considero, quod secundum verba contractus & iuris ciuilis regulas: fundus emphyteuticus etiam in hac specie deuolui deberet ad dominum directum, argumē. l. Qui plures. ff. De vsufu. lega.

Vnde vtiliter procedit, quod si ecclesia fundum in emphyteusim concessisset: fundus in ea specie redire ad ecclesiam deberet, secundum iuris communis rationem. Nec enim. l. Regia quidquam creditur statuisse in præiudicium ecclesiæ: quum & si vellet, non posset. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, De constitutio. Quæ sententia magnum & quotidianum momentum habet: & mihi semper visa est vera.

¶ Emphyteuticus fundus ad ecclesiam redit, si emphyteuta, nemine numis nato, intestato decessoris: quous liberos abtestati habet, redes reliquit.

In contrarium tamen mouere videtur tex. in. l. Secundum. C. De contrahen. & commiten. stipula. vbi si mulier dotem, cum moreretur, stipulata est cui voluerit relinquere: præsumitur, eam heredi suo reliquisse cui reliquit omnia bona sua, vt ibi Cy. & Albe. specialiter collegerunt, quorum interpretationem Salyce. ibi secutus videtur. Vnde & Baldus in. l. i. in fine. ff. De pact. scripsit eiusdem. l. argumento, quod si promittis mihi recipienti pro eo quem declarabo, & postea non declaro: præsumor recepisse pro me & heredibus meis. Et cum

G iij Bal.

Bal. idem probant Alexan. in.l. Si testamentum, in fi. C. De insti. & substi. & conf. 232. Ponderatis. n. 3. lib. 6. Soci in.l. 1. §. Per procuratoré. n. 5. ff. De acqui. pos. Ias. in.l. 1. §. Siquis ita. n. 2. ff. De verbo. oblig. Dec. in.l. fin. vers. Labeo. n. 13. ff. Si cer. peta. & conf. 543. In casu proposito. n. 3. Vnde consequens videretur dicere, quòd ea Ordinatio Regia sit facta còtra rationem iuris communis, quatenus vult, quòd si emphyteuta, qui non nominavit, ab intestato decesserit: hæres intestati, qui non sit ex liberis, parentibusuè, non intelligetur tacitè nominatus.

Sed ego priorem sententiã retineo, cui nõ obstat. d.l. Secundum, quoniam Cy. Albe. & Saly. manifestum eius. l. sensum assecuti non sunt. Etenim ibi expressum est, quòd eo casu mulier sibi, cù moreretur, dotem stipulata videtur: non verò, quòd hæredi stipulata videatur. Et responsi ratio fuit, quòd quasi necessarium antecedens erat, quòd mulier sibi dotem stipularetur, vt posset, eam cui vellet, relinquere, secundum Iacob. Butriga. Ange. & Fulgos. ibidem. Denique hi autores, & Bar. & Bal. in ea. l. Bal. in. d. l. 1. in fi. ff. De pactis. & alij, qui Baldi sententiam retulerunt, rectè intellexisse videntur, quòd in. d. l. Secundum, actio hæredi nõ quæritur quasi nominato: sed perinde ac si mulier sibi, cum moreretur, dotem

esset

*ibitas mli ab3
dicere mli in
latio ista habere
licere*

*¶ Intellectus.
l. Secundum.
C. De contra-
ben. cõmittē.
stipula.*

esset stipulata. Quo casu, mulieri, cum viuēs more-
retur, actio quaeritur: & quasi haereditaria in haeredē
transmittitur. §. Ita autē, Insti. De inuti. stipula. Vn-
de in Baldi specie. d. l. i. in fi. ff. De pact. illa verba,
pro eo quem declarabo, in irritum recidunt, si nemi-
nem declarauero: sed promissio nō manet irrita, quę
sustinetur in mea stipulantis persona, vt cū iudicio
explicauit Soci. in l. Vtrūm. §. Cū quidam. n. 9. ff.
De reb. dub. Secundū quę, is, qui recepit emphy-
teusim pro se, & eo, quem nominauerit: si neminem
nominauit, sibi ipsi dūtaxat emphyteusim quęsisse
intelligetur: cū emphyteusis nō sit haereditaria,
& in haeredē, nisi ex nominatione, transire nequeat.

Ex his apparet, quod. l. Regia fundum emphy-
teuticum per modum maioratus eo casu detulit,
quo iuxta rationem iuris cōmunis, redire deberet ad
dominum directum. In qua re animaduertere possu-
mus, & legis manifestam, & hominis præsumptam
affectionem. Lex enim filium emphyteutę, nepoti
eiusdem prætulit, & utiq̄ue ex præsumpta parentis
affectione: quasi is ad eius fundi maioratum nomi-
nasse intelligatur filium suum secundō genitum po-
tius, quā nepotem, ex primogenito conceptum.
Ergo & si verba constituētis maioratum essent am-
bigua: exemplō legis Regię interpretandum foret,
quod

quòd is filium nepoti præferre voluerit, quòd idonea diuersitatis ratio reddi non possit.

Sextò & vltimò vtor autoritate legis mentalis d. lib. 2. tit. 17. §. 1. vbi in bonis Regiæ coronæ filius nepoti est prælatus, secundùm ea quæ superiore articulo latè ostēdimus. Et primò considero, quòd sicut legislator verbis illius §. 1. quæstionem patruī & nepotis pro exclusa habuit: ita quoque testator, qui in proposita specie similibus verbis maioratū constituit: satis dicitur cauissè, vt filius secundò genitus nepoti, filio primogeniti, similiter præferatur, argumē. §. Disponat testator, & erit lex, in Authen. De nuptijs Colla. 4.

Secundò considero, quòd etsi verba testamēti essent obscuriora, nec tã expressim filio fauerēt: colligendum esset in re dubia, quòd testator filium nepoti prætulisset. Nam quia dicta. l. mentalis in filij fauorem facta esset in maioratu bonorum Regiæ coronæ, & similiter Regia lex lib. 4. tit. 62. §. *E finandese*, in maioratu fundi emphyteutici: defunctus conformasse credetur volūtatem suam cū legibus Regni, quæ filium nepoti prætulerunt, secundùm ea quæ in proposito argumentatus est Andre. Sicul. conf. 10. col. 2. lib. 2.

Tertiò considero, rationē eiusdem. l. mentalis induci

duci posse ad propositā speciē. Obseruauī enim, rationē eius legis in eo præcipuē constituisse, quōd materia concessionis dominicæ, repræsentationem nō admitteret. Planē in pposita speciē, & alias ubi qui maioratum instituit, filium maiorem titulo fideicōmissi vocat: materia non admittit repræsentationē, vt primo argumento supra demonstraui. Igitur ex eadem legis mentalis ratione filius in huiusmodi maioratibus nepoti est præferendus. Denique cūm Bar. in. d. Authē. Post fratres. 2. C. De legit. hered. docuerit, quōd in maioratu, cuius materia nō admittit repræsentationē: filij causa potior est, quā nepotis: consequens est, vt iudices iuxta Bar. sententiā iudicare debeant. Nā Bartoli sentētia in eo articulo cōmuniter recepta videtur, vt supra ostēdi pag. 31. & factis est, doceri non posse, quōd sit communius reprobata: vt secūdum ipsam iudicari debeat in hoc Regno. l. Regia lib. 2. tit. 5. §. 1.

*Bartoli auctoritas
tas quanta sit
in hoc Regno.*

Adjicio, præsumptam volūtatē eius, qui maioratum instituit, magis accommodari in proposita speciē in fauorem filij contra nepotem, quā in speciē legis mentalis. Siquidem in Regis donatione nō potuit considerari eiusdem Regis affectio ordinata, vt filium donatarij primō, & deinde nepotem inuicaret. Scribit enim Abb. conf. 87. in fi. n. 4. &

& n. 5. lib. 1. quòd in donatione Regis Castellæ, facta Petro Affan de Ribera, & eius filio maiori, non erat æstimanda ipsius Petri præsumpta & ordinata affectio: sed magis Regis donatis intentio. Proinde sensit, quòd si pederemus ex solius Petri præsumpta affectione: interpretandum foret in re dubia, quòd filium secundò genitum nepoti, primogeniti filio, prætulisset: Quòd etiam significauit Paul. Castrens. d. conf. 164. pen. col. in princ. & manifestuùs expressit Præpos. in cap. 1. col. 17. vers. Non obstat quartu. De feudo Marchiæ. Ergo consequens est in nostra specie, ex horum authorum sententiã inducere, quòd testator, ex cuius solius præsumpta affectione pendemus, filij filium maiorem pronepoti, nepotis primogeniti filio, anteposuerit. Sic apparet eò rem esse per ductam, vt quamuis prima facie propter repræsentatiõis priuilegiũ, causa nepotis melior esse videretur, quòd casu esset ex ascendentibus qui maioratum instituisset, vt significatum est. l. 40. Tauri: non tamè melior, sed deterior causa eiusdem nepotis esse incipiat in eadem specie.

Præterea adijcio, iuris rationem euidentiuùs facere contra nepotem in hoc maioratu vltimæ voluntatis, quàm in maioratu donationis Regiæ. d. l. métal. Si quidem in concessione dominica honorũ Regiæ

coronæ, materia quidem maioratus nō admittebat
 repræsentationem. Verum tamen adhuc laboran-
 dum fuit super excludenda transmissione, quæ locū
 habere videbatur quasi spei, quæ sitæ ex contractu,
 §. Ex conditionali. Insti. De verb. obligatio Planè in
 maioratu, in vltima voluntate constituto, non est, q̄
 de spei transmissione possit tractari, iuxta nota. per
 gl. receptam in l. vna. fina. schol. C. De his qui ante
 apert. tabu. Quæ consideratio adeo non est leuis: vt
 grauissimi omnium authores, qui partes nepotis te-
 nuisse memoratur, significauerint: sentetiam suam,
 non æquè procedere in maioratu, qui in vltim a vo-
 luntate fuisset constitutus. Nam primùm Ioā. An-
 dreæ ad Specul. tit. De feudis, ad finem, ita inclinavit
 in partes nepotis: vt sentiret, nepotis causam fieri de-
 teriore in maioratu vltimæ voluntatis. Quod etiā
 innuit Abb. conf. 85. col. 2. lib. 1. & clarius Præpos. in
 cap. 1. col. antepen. De feudo Marchia. Vnde & A-
 lex. conf. 123. Discussis. col. 2. n. 2. vers. Benefaciunt.
 lib. 1. scriptū reliquit, quòd Ioā. Andreæ vbi suprā,
 & alij autores, quos allegat: in quæstione patris &
 nepotis constituerunt differentiam inter maioratū,
 qui deferretur ex dispositione statuti, & eum, qui
 deferretur ex testatoris dispositione.

Quum igitur his argumentis placeat hæc sentetia,
 tia,

tia, non obstabunt contrariæ partis arguméta: quoniam omnibus ex ordine satisfieri potest.

*Responsio ad
arguméta ne-
potis cōtra pa-
trium.*

Et primò non obstat primum argumétum, quo dicebatur, appellatione filij venire nepotem. Nam Alex. conf. 4. Ponderatis. n. 7. lib. 4. Philip. Dec. cōf. 443. n. 20. responderunt, quòd licèt id verum sit generaliter: non tamen appellatione filij maioris venit nepos minor, argumen. l. fina. C. De natura. libe. Sed quoniam hæc responsio non concluderet, si nepos esset natu maior, quàm patruus: ego respondeo, quòd filij appellatione non potest nepos venire: nisi quando filius non extiterit, vt docuit Bart. in. l. Liberiorum. n. 18. ff. De verb. significa. & probat tex. in. d. l. Cum pater. §. Hereditatem. 1. ff. De lega. 2. & obseruarunt Soci. n. fina. Iason. n. 23. in. l. Gallus. §. Instituens. ff. De libe. & posthu.

Secundò non obstat secundum argumentũ: quoniam satis probatum est, appellatione filij non venire nepoté in hac specie. Ergo similiter appellatione filij maioris non veniet nepos maior, nedum minor. Deniq; argumenta & subtilitates Paul. Castrés. d. conf. 164. n. 3. lib. 2. & Soci. d. cōf. 252. n. 18. lib. 2. possent procedere in maioratu, cuius materia repræsentationé admitteret. Sed quum proposita maioratus successio non admittat repræsentationem: cessant

omnia

omnia eorū, & aliorū autorū argumēta de successi-
one ipsius nepotis in locū & gradū primogeniti filij.

Tertiò non obstat autoritas opinionis, quæ cō-
muniore esse videtur pro nepote: quoniam similiter
respōdeo, posse id recipi in materia feudorum & al-
terius successione, in qua datur repræsentatio. Cete-
rū ubi non datur repræsentatio: & verior & cō-
muniore opinio est pro patruo contra nepotem, vt
alias obseruauimus. Atque ideo Soci. conf. 47. facti
narratione. n. 12. lib. 3. non rectè argumētatus est de
feudo ad maioratum in hoc articulo: quum repræ-
sentatio, quæ in feudis contra rationē iuris cōmunis
locum habet, in maioratu locum habere nō debeat.

Quartò non obstat quartum argumentum ex
authoritatibus Abbatis conf. 85. lib. 1. Castren. conf.
164. lib. 2. Ludo. Roma. conf. 29. Andreę Sicul. conf.
10. lib. 2. qui in terminis eorūdem verborū, & in ma-
teria non admittēte repræsentationem, nepotis cau-
sam defenderūt. Nam primū agnosco, q̄ Abb. &
Castrenf. qui in vna eadēq; specie pro nepote con-
tra patruum consulti responderunt: iustam & præci-
pua rationem habuere verborū concessionis. Ete-
nim Rex Castellę filium maiorē Petri Affan & eius
filios ita vocauerat: vt nepotem, ex primogenito cō-
ceptum, filio secundò genito prætulisse videretur.

Idque

Idque Abbas. & Paul Castrés. expenderunt, vt circa Pauli sententiam (quæ eadem Abbatis fuit) obseruauit Alex. consil. 4. Ponderatis. n. 14. versic. Nec etiã lib. 4. & Soci. in l. Si cognatis. n. 5. vers. Sed potest. ff. De reb. dub. Nam & qui asserunt, patruus causam præualere: planè admittunt, quod si ex verbis concessionis colligatur, primogeniti filium esse præferendum: is utique patruo præferetur. Quod circa sententiã, quam Rex Robertus tulit de Comitatu sancti Seuerini: adnotauit Math. de Affli. in c. 1. n. 90. De success. feudi.

Sic & Ludo. Roma. rationè habuisse videtur verborum cõcessionis, vt admonuit Andr. Tiraq. in. d. q. 40. n. 11. Sed sanè præcipuã rationè habuit, quod primogenitus filius Petri Affli. in acie belli ceciderat, vt ea ratione æquũ foret, quod quasi viuus filio suo prodesset, argu. l. Bello amissi. ff. De excusa. tuto.

Andreas autem Sicul. qui in nostris terminis cõtrarium consuluit, motus est ex coniectura legũ Regni, quæ nepoti contra patruum fauebant. In nostro autem Regno leges Regiæ per contrarium patruo aduersus nepotè fauēt, vt d. lib. 2. tit. 17. §. 1. & d. li. 4. tit. 62. §. *Et in andose*. Sed meliùs respondetur, quod ipse non rectè consuluit: vt qui præcipiti & improuido iudicio plerumque vsus fuerit. Nam & præualere debet Iurisconsultissimi Alexandri autoritas
confi.

conf. 4. n. 9. vers. Et istud ostēdit lib. 4. vbi in eisdem terminis contrarium probauit. Deniq; ex his, quæ Andre. Sicul. & Alex. in allegatis consilijs referunt, constare videtur, quòd semel atq; iterum in eadem causa pronūciatum est pro patruo contra nepotem. Siquidem Andre. Sicul. scribit, quòd prima sententia fuit lata pro Gabriele filio maiore Raymūdi, aduersus nepotem primogeniti filium. Quaquam autem idem consulendo laborauerit, ostendere sententiæ iniuriam: sententia nihilominus peruenit ad auctoritatē rei iudicatæ. Alex. enim non solūm asserit, re tē fuisse iudicatū pro Gabriele: sed etiā respondit, quisnam in maioratu iure succedere deberet Gabrieli mortuo, qui iustus & vltimus possessor fuisset.

Quintò non obstat quintum argumentum ex. l. Cūm auus. ff. De conditio. & demonstra. quoniam multipliciter potest responderi. Et primò videretur respondendum, quòd testator non inuitauit Gōfalli filium ad hunc maioratum, quasi Gōfalli duntaxat filium: sed magis quasi Gōfalli filium natu maiorem. Porro quum hæc qualitas non reperiatur in eiusdem Gōfalli nepote, qui proponitur esse natu minor: cessat in luctio. d. l. Cūm auus, vt in specie responsum est ab Alexan. d. conf. 4. n. 6. in fi. l. b. 4. & colligitur ex nota. circa eadē. l. Cūm auus, per Ludo.

*De intellectu
l. Cūm auus. ff.
De conditio. &
demonstra.*

Gozad. con. 89. In hac causa. n. pen. vers. Nō obstat. Sed quoniam hæc responsio non militaret, si nepos esset natu maior quàm patruus: ideo mihi non satis placet.

Secundò igitur respondeo & considero, Papiniani coniecturam adeo esse singularem in eo, quòd filium testatoris excludit contemplatione liberorum nepotis: vt contra Ppinianum Dd. magnæ auctoritatis locuti fuerint. Existimant enim, illius coniecturam propriè locum habere, si ageretur de excludendis extraneis: ne videretur testator alienas successiones proprijs anteponere. l. Cùm acutissimi. C. De fideicommiss. Cæterùm minimè crediderunt, quòd contra testatoris filium fideicommissarium coniectura procederet, vt Bal. in l. Cùm quidam, post prin. C. De impube. & alijs substi. & alij quos retulit & notauit Andre. Tiraquel. d. q. 40. n. 91. Sed equidem animaduerto, hunc errorem posse aliqua ex parte excusari. Quippe si Papinia. in d. l. Cū auus, rationē non habuisset, quòd filius suā hereditatis partē ex patris institutione habuerat, & ultra eā prætendebat, partē nepotis sibi deberi: fortassis nō fecisset coniecturā, q̄ minùs scriptū inueniretur quàm dictū fuisset. Denique si præsupposita testamenti validitate, defunctus filio partem suam mi-
nimè

nimè reliquisset, sed nepotè ex asse hæredè factum rogasset, vt si intra annū. xxx. moreretur, hæreditatè patruo restitueret: diceretur, Papiniani responso locum non fore. Etenim si nepos intra eam ætatem, liberis relictis, decessisset, fideicōmissum patruo eius deberetur, cessante pietatis coniectura: quum propè impium videretur, filium qui secundum verborū tenorem esset vocatus, à patris hæreditate penitùs excludere. Quod ita eleganter circa Papinia. coniecturam obseruauerunt Andre. Sicul. in repet. d. l. Cùm acutissimi, n. 83. Soci. in .d. l. Cùm auus. n. 41. Arcti. in. l. Pro hærede. §. Papinianus, col. pen. ff. De acqui. hæredita. Philip. Dec. in. l. Generaliter. §. Cū autem. n. 6. C. De insti. & substi. Secūdum quæ in proposito diceremus, q̄ contra filium secundò genitū non iustè inducatur coniectura. d. l. Cùm auus. Hic enim filius iuxta testamenti verba admittendus videtur, quòd filius maior sit: nec excludi debet à nepote primogeniti filio, pietatis coniectura. Nam quum hic filius nihil præterea habuerit ex parentis iudicio: inhumanum esset, si penitùs excluderetur ab eiusdem parentis bonis.

Tertiò & meliùs respondetur, quòd tunc in his quæ modo diximus, persistere oporteret, si testator maioratū purè reliquisset Gonsalli filio primo-

H ij genito

genito: & cauisset, vt post mortem primogeniti, veniret maioratus ad fratrem eius secundò genitum. In hac enim specie propriè ageremus de inductione d.l. Cùm auus, & vteremur superiore solutione. Nos autem consideramus, quòd testator non dedit maioratum purè Gonsalli filio, sed sub conditione, & in eum casum, quo Gonsallo patri superstes fuisset: vt agnouerunt Abb.d.conf. 85. lib. 1. & Castrenf. d. conf. 164. lib. 2. & Andre. Sicul. d. conf. 10. lib. 2. Imò verò testator nec quidem sub conditione maioratū dedit primogeniti Gonsalli filio: quum totam demonstrationem & totum argumentū personæ, cui maioratum relinquebat, contulerit in quēcūq; filiū, quem maiorem habuisset Gonsallus mortis tempore, secundum ea quæ supra obseruauimus in .3. argumento patris contra nepotē. Vnde procedet, q̄ in p̄posita specie minimè dicturi sumus, quòd primogenito Gonsalli filio substitutus fuerit secundò genitus filius, vt non rectè adstruere voluerunt Andre. Sicul. d. conf. 10 & Andre. Tiraquel. d. q. 40. n. 91.

Deniq; quòd d.l. Cùm auus, non possit quidquā facere pro nepote, primogeniti filio: conuincit eiusdem Papinia. responsum in d.l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. ff. De lega. 2. vbi nepos, ex filio præmortuo cōceptus, non admittitur ad portionē, filio post

post mortem hæredis filij relictam, nec quidẽ ex coniectura. Nimirum quoniam portio nõ purè, sed post mortem hæredis filij, filio eiusdem fuerat relictã: & utiq; ei qui tempore mortis paternæ viueret.

Sextò non obstat vltimũ argumentum. Nam respondendo, quòd licet ex ascendentibus fuerit qui maioratam instituit: non idcirco datur materia repræsentationis, secundũ ea quæ ostendi pag. 90. vers. Quare. Immò verò quum nepotem à priuilegio repræsentationis excluderim: incipiet contra eum retorqueri consideratio, quòd ascendens maioratũ instituerit, scilicet propter præsumptam & ordinatã parentis affectionẽ, vt obseruauit pag. 107. vers. Adijcio.

Concludo itaq; quòd in proposita specie & aliàs vbi filius maior fuerit vocatus ad maioratũ bonorũ patrimonialium: consulendũ est & iudicandũ pro filio secundò genito, contra nepotẽ primogeniti filium. Quandoquidẽ in hac sententiã concurrunt & verborũ figura & præsumpta mens instituentis maioratũ, & iuris civilis rationes, & cõmuniõ Dd. opinio, & iudicium Bartoli, & legum Regiarum autoritas.

Ex his similiter primò infero, quòd in proposita specie Gonsalli filius secundò genitus præferri deberet nepoti primogeniti filio: quauis nepos ipse, natu maior esset. Idq; re probabile videtur eisdem argu-

*¶ Patrus nato
mior præferri
debet nepoti
tu maiori.*

mentis, quibus hoc probaui circa maioratus bonorum Regia: coronæ, pag. 45. vers. Sed his.

*¶ Filia ultimi
possessoris præ-
fertur primo-
genitæ filie si-
lis.*

Secundò infero, quòd si Gófallus ex filia primogenita, quam viuus amisit, conceptū nepotem habuisset mortis tēpore: filia secundò genita huic nepoti præferretur. Quæ illatio illud nouum adfert, quòd fœminā in successione maioratus masculino antepōnit.

At enim is qui maioratum instituit, masculinum fœminæ præposuit illis verbis, *E senã teuer filho venha a sua filha mayor q̄ teuer.* Sed & si masculi prælationem verbis non compræhendisset: tacitè nihilominus sensisse eā videretur, vt hodie rectè declaratū est noua lege Regia, quæ sic habet. *Ey por bẽ que daqui em diãte o filho barão socceda nos ditos morgados z bẽs vinculados z preceda a sua irmaã, posto que ella seja mais velha. E sendo a dita viuuda entre outros parentes em igual grao mais chegado ao ultimo possuydor: sempre ho barão preceda na soccessam dos ditos morgados z bẽs vinculados a a femea, posto que ella seja mais velha.* Sed tamen considerandum est, quòd defunctus filium filia, non verò omnes liberos masculos anteposuit filia. Idem fecit lex Regia, quæ disertè retulit se ad masculū & fœminam, in eodem gradu constitutos. Proinde significauit, fœminā proximioris gradus regulariter masculino esse præferendam, qui gradu sit remotior. Nam

*¶ Masculus fœ-
minā præcedit,
sed utiq; in eodẽ
gradu existen-
tes.*

non

non est eadem ratio præferendi masculinum, qui non sit in pari gradu: vt colligitur ex his quæ scribit Bal. in l. Quod verò. n. 3. ff. De legi. & Alex. in l. Si dotata. li. in fi. ff. Solu. matri. Curti. in tracta. feudo. 2. parte q. 5. limita. 15. Denique Didac. Couarr. Varia. resolu. lib. 3. cap. 5. n. 5. versic. Rursus septimò, resoluit, quòd maioratus simpliciter cõstitutus, masculo primùm defertur: vt foeminã, in eodem gradu existentẽ etiam natu maiorem, excludat. Quòd si foemina gradu sit proximior, tunc ea admittẽda est, excluso masculo qui sit gradu remotior. Sic cõsequẽs esset dicere, q̃ filia Gõsalli, eiusdem nepotem excluderet: quũ nepos vno gradu remotior esset, siue vltimi possessoris, siue primi institutoris personam respicias.

Aduerte tamen, quòd superior resolutio dubitabilis est ex his quæ scribit contra eam Albert. Brun. De statu. exclud. foemi. arti. 12. q. 14. n. 1. Mihi autem videtur, eam esse verã regulariter, videlicet quo casu masculus foeminae præfertur, habita duntaxat ratione sexus masculini qui dignior sit: vt etiam verbis nouæ legis Regiæ significatum esse diximus. Cæterum si statuto cautum sit, vt stante filio non succedat filia: nepos ex filio, quãuis sit in remotiore gradu, amittam excludet. Hæc nimirum species est, quam Albert. Brunus obijcit aduersus superiorem conclu-

tionem. Nec dubitandum est, quin verius & receptius sit, nepotem in ea specie amitæ præferendū, ex Bartolo in l. Liberos n. 12. ff. De verb. signifi. Verum huius receptæ sententiæ diuersa est ratio: quoniam scilicet nepos ita amitæ præfertur, quasi omnimodò in locum filij successerit. Porro huius successionis in locum filij, cumulatur plures & quidè probabiles rationes, quarum meminit Aret. in l. Gallus §. Instituens, col. pen. ff. De libe. & posthu.

*¶ Nepos ex
masculo conce-
ptus præfertur
amitæ etiã na-
tu maiori.*

Hoc argumento diceremus, Gõfalli nepotem ex filio susceptum, amitæ suæ præferendum. Etenim filij appellatione, defunctus nepotem Gõfalli designasse videretur: vt illa cõditio, *Ese nam teuer filio*, intelligenda foret defecisse, relicto nepote, filij filio, argumen. l. Lutius. 2. ff. De hære. insti.

In proposita autem specie eandem conditionem extitisse animaduertimus: quum Gõfallus nec filiū, nec similem filio nepotem, moriens habuerit. Non enim potest videri similis esse filio masculus nepos ex filia susceptus, qui patris alienā, non Gonfalli aui nec institutoris proauī familiā sequatur. l. Familiæ, in fi. cum vulga. ff. De verb. signi. tradit Bal. in l. fin. n. 2. C. De libe. præte. Cæpez. De dote, vlti. parte. q. 41. Laurus de Pala. De succes. masculo. 2. parte. n. 19. Soci. Iunior cõf. 1. n. 38. lib. 1. Sic filia secundò genita præ-

præferet nepoti primogenitæ filio: quia ipsa, quæ maior fuit tēpore mortis paternæ, verbis autē institutionis demonstrata videretur, nec cōiectura vrgeret in contrarium. Quod ferè in terminis respondit Bal. conf. 275. Quod pro regula. n. 6. & fina. versic. Quare dico, lib. 2. & meminit eius consilij Andre. Tiraquel. De iure primogeni. q. 10. n. 25.

Vnde si ultimus possessor de primi institutoris agnatione nō esset, sed ex cognatione transversali, & decedens filiā & ex primogenito filio nepotē superstites habuisset: defendi posset causa amitæ cōtra nepotē. Nam hæc quasi proximior videretur admittenda. l. Cū ita. §. In fideicōmissio. ff. De lega. 2. Nec ei sexus foemineus obstat: quia cū remotiore cognato certaret. Nec representatio, quā Bart. considerat in d. l. Liberorū. n. 12. vers. Præterea, faceret pro nepote, etiā si rectè induceretur glo. in d. §. In fideicōmissio, in verb. proximo: quia sumus in remotioribus transversalibus institutoris, Authē. Post fratres. 2. C. De legi. hære. Deniq; nulla conseruande agnationis coniectura posset sumi in fauorem nepotis cognati, argumen. eorum quæ tradit Albert. Brun. De statu. excluden. foemi. articu. 3. n. fin. vers. Prædicta. Item allegaretur pro hac parte, quod olim fuisse iudicatū super Comitatu Atrabacensi de Regno Hispaniæ,

refert

*Nepos an ab
quo casu excludatur ab amita: etiam si ipso masculus sit et masculi filius.*

ad d. l. liberorū. n. 12. vers. præterea. faceret pro nepote. etiam si rectè induceretur glo. in d. §. in fideicōmissio. in verb. proximo: quia sumus in remotioribus transversalibus institutoris.

refert ex allega. Bartho. de Capua, Matth. de Afflict. in cap. 1. n. 88. De successio. feudi. Denique recte induceretur. l. Regia lib. 4. tit. 62. §. Et si mandose, ubi ad emphyteusis maioratum, in quo masculus excludit foeminam eiusdem gradus: filia emphyteutæ excludit nepotem ex primogenito filio conceptum. Nam & materia non admittebat representationem, & in maioratu, qui finiendus erat in duabus personis, non est habita ratio agnationis: etiã si quodã modo inductus fuit ex præsumpta emphyteuta nominatione.

In maioratu autem bonorum Regiæ coronæ, ad quem filia possit admitti, retineo cõclusisse, quod filia non admittetur: nisi in defectum masculorum liberorum etiã vltioris gradus. Sed tamen alia ratio est maioratus & emphyteusis, in quibus foemina succedit regulariter: nisi à masculino excludatur. Alia autẽ ratio est illius maioratus, cuius foemina est incapax: nisi pacto admittatur: vt obseruauit in simili Andre. de Yfernia in cap. 1. De eo qui sibi & hære. suis mascul. et foemi. quem retulit ibi Matth. de Affli. n. 13. & secutus est Phil. Corn. conf. 199. In præfenti n. 38. lib. 2. Quo loco tres qualitates considerat, videlicet proximioris gradus & sexus & ætatis. Porrò ostendit, qualitatem gradus proximioris meritò excellere, & cæteris omnibus praualeere: vt quæ sola

cum

*Differentia,
vtrum femina
admittatur ex
pacto, quã alio
qui incapax:
an verò citra
pactum admittatur,
vt masculus eam præcedat.*

cum iuris communis rationibus congruat.

Tertiò infero, quòd si vltimus possessor moriens nullum filium nec filiam superstites reliquerit, sed tantùm ex duobus filijs masculis duos nepotes: præferetur nepos, ex secundò genito conceptus, si natu maior fuerit, secundùm ea quæ dixi pag. 55. vers. Ego autem. Nam & l. Regia d. lib. 4. tit. 62. §. *Et finãdose*, significauit, quòd in hac specie, si ageretur de maioratu fundi emphyteutici, præferendus esset ex his duobus nepotibus, qui ætate maior esset. Siquidem ibi expressum est, quòd qualitas illa patris prædefuncti natu maioris, æstimari non debet in eius filio.

Si tamen cætera omnia essent paria, tunc nepotis qualitas, quòd esset ex primogenito filio conceptus, mouere possët, vt is alteri præferretur. Quid enim si ambo ætate pares essent: sicuti aliàs proponitur in l. Si fuerit, ibi, & *duo pares ætate sint*. ff. De reb. dub. Et quum nullatenus dicendum foret, vtrumque excludi: esset qui diceret, vtrumque fore admittendum, argumen. l. Qui ex duobus. ff. De vulga. l. Qui duos. ff. De reb. dub. & quæ resoluit Andre. Tiraquel. De iure primogeni. in conclusione. 17. quæstionis. Sed quia uoluntas instituentis maioratum, ea fuit, vt vnus tantùm admitteretur: non absurdè sentiet qui putauerit, ex eiusdè defuncti præsumpta volun-

tate

¶ *Nepos ex primogenito conceptus licet non preferatur nepoti, natu maiori, secundo geniti filio: preferatur tamen eisdem, si ambo pariter etate fuerint.*

tate inducendū, vt nepos ex primogenito cōceptus, magis admittatur. Nā si id haberi debet pro disposito, quod verosimile est, defunctū dispositurū fuisse, vt nota. in. l. Tale pactū. §. si. ff. Depactis: non absere erit, hoc ita inducere. Ex eo enim, q̄ maioratum instituens, maiorē natu prætulit: nonnullum argumentum potest colligi, vt ex primogenito conceptū fuerit in re dubia prælaturus, argu. §. Item vetustas, in princ. Insti. De hære. quæ ab intesta. deferū. Deniq; hoc magis cōiiciendū esset, quàm quod voluerit, maioratū à duobus liberis æquē maioribus obtineri: & discordias inducere quas materia cōmunionis solet excitare. l. Cūm p̄r. §. Dulcissimis, in fin. ff. Delega. 2.

Quartò infero, filiū secundo genitū nepoti preferēdū: etiā si pater & primogenitus filius: ruina, incēdio vel naufragio pariter decesserint. Nam ex pariter defunctis neuter alteri superuixisse præsūmitur: & ius aptatur, perinde atq; si cōstaret, ambos vno tēporis puncto fuisse extinctos. l. Quod de pariter. ff. de reb. dub. Vnde quū primogenitus nō probetur, nec præsūmatur, patri superuixisse: futurū est, vt filius secundo genitus videatur, verbis institutionis esse demonstratus, vt potē filius maior tēpore mortis paternæ.

Atqui dices, eam regulam non procedere in hac specie, in qua & pater & filius primogenitus pubes,

vno pariter casu decesserunt. Etenim filius patri superuixisse credendus est. l. Qui duos. §. Cùm in bello &. §. si Lutius. l. Cum pubere. ff. De reb. dub. Sic primogenitus post diem fideicommissicentē, hoc est, post mortem patris sui, credetur esse mortuus. Consequēter maioratum quæsiisse intelligetur, & quæsitum filio suo reliquisse: vt hac ratione cōclusimus in superiore articulo circa maioratum bonorū Regiæ coronæ in vltima illatione.

Sed tamen in hoc maioratu bonorum patri monialium retinendū est, quòd filij secundo geniti causa potior sit: quoniam videlicet admittenda nō est præsumptio, quòd primogenitus filius patri superuixerit. Allego tex. singularem in. l. Ex facto. §. Si quis autem. ff. Ad Trebel. vbi expressum est, quòd si hæres rogatus fuit, si sine liberis decessisset, Titio hereditatem restituere: conditio fideicommissi existit, si hæres cū filio etiā pubere simul vno casu decesserit. Nec enim filius pubes patri superuixisse creditur ad exclusionē Titij fideicommissarij, qui ius suū ex hominis dispositione præten dit. Deniquè si agamus de legis dispositione, hoc est, de patris intestati hereditate: tūc credimus, filiū puberē patri superuixisse. d. §. Cū in bello, cū simi. Sed si agamus de fideicommissaria hereditate, hoc est, de hominis dispositione

¶ Patrus nepoti est præferendus in maioratu bonorum patrimonialium, etiā si pater vltimus possessor cū primogenito simul decesserit: quia non præsumetur primogenitus patri superuixisse.

lex non inducit suam illam præsumptionē: sed vult
 stari regulæ qua constitutū est, nihil esse præsumen-
 dum. Et ita se habet communis opinio, quæ distin-
 guit legis dispositionē ab hominis dispositione: vt
 in superioris articuli vltima illatione scripsi, pag.

Vndè potuit dubitari an circa maioratum bono-
 rum Regiæ coronæ non admitteretur huiusmodi
 præsumptio: quoniã non solūm Regis donantis, &
 legis mentalis dispositio erat æstimanda, sed etiam
 ipsius primi donatarij, qui donationem sibi & suis
 meruerat. Proinde non videbatur absoluta legis dis-
 positio: quum mixturam quoq; haberet ex hominis
 dispositione. Verūtamen præsumptionē fauorabi-
 liter induximus, vt nepotis causam vtcūque contra
 patrum iuuaremus: quæ in maioratu bonorum pa-
 trimonialium similiter defendi non potest.

Illud nihilominus pro nepote contra patrum in
 hac specie considerari posset, quòd maioratus erat
 constitutus ab ascendente. Quo casu videtur habe-
 re locum præsumptio quòd primogenitus filius pu-
 bes patri superuixerit, etiam si agamus de hominis
 dispositione. Nam tex. in. d. §. Siquis autem, non vi-
 detur procedere, si testator ipse fuisset ex parētibus,
 qui filiū hæredem rogasset, vt Titio' hæreditatē resti-
 tueret si sine liberis decessisset. Tunc enim si hæres
 cum

cum filio pubere simul vno casu periisset: credendū fuit, quòd filius patri superuixisset. Sic consequenter Titius fideicommissarius excluderetur: quasi defecta fideicommissi conditione. Hoc ita constanter asseruit Soci. in. l. Sed & in illo, col. fin. ff. De reb. dub. dicēs, q̄ hæc est noua limitatio ad. §. Siquis autem, & quæ in consulendo probanda sit. Mouetur argumento. l. Cūm auus. ff. De conditio. & demonstra. vt parens testator hæredis filij liberos inuitasse videatur ad eadem bona.

Ego autem persisto in eadē opinione, vt existimē, nec quidē in hac specie admittendam fore præsumptionē, quòd filius pubes patri superuixerit. Proinde arbitror, Socini sententiā nec in consulēdo, nec in iudicādo probandā fore: quoniā tex. in. d. §. Siquis autem, procedit et procedere debet, etiā si testator fuisset parens, qui filium hæredem fideicommissone rasset. Allego pro hac sententia tex. in. d. l. Qui duos. §. Si Lutius, ibi, *Quem solum.* ff. De reb. dub. vbi Iureconf. significauit, quòd etiā si de patris hæreditate agatur: filius patri non præsumetur superuixisse, si agamus de mera hominis dispositione. Quod ita ex eo. §. collegit Bart. in. d. l. Quod de pariter 2. col. & secutus est eam collectionem idem Soci. in. eo. §. Si Lutius, n. fina. Præterea induco

¶ Intellectus. §
Siquis autem. l.
Ex facto. ff. Ad
Trebellia.

Vlpiani

Vlpiani sententiam in eodem. §. Siquis autem, vt nō minū intellexerit, se loqui in testatore, qui parēs fuis-
 set. Cōsidero enim, quōd in princ. eius. §. nō propo-
 suit, conditionem, si sine liberis decesserit, fideicom-
 missio adscriptam fuisse: sed continuauit tractatum
 eiusdem conditionis, quam superioribus. §§. expres-
 ferat. Planè si probauero quōd in duobus proximis
 superioribus. §§. idem Vlpia. locutus est etiam in te-
 statore qui parens fuisset: consequenter ostendam,
 quōd in. d. §. Siquis autem, etiam de testatore parēte
 verba fecerit. Et quidem in. §. Ex facto, Vlpianus ex-
 pressim locutus est in parente, quæ filiū rogauerat,
 &c. Mox in. §. Siquis rogatus, 2. et si non exprimat,
 se in parente loqui: non minū de parente loquitur.
 Etenim refert se ad Papiniani responsum in. l. Cū
 pater. §. Hereditatem. 1. ff. De leg. 2. vbi Papinia,
 in parente specialiter locutus est.

Concludo igitur in proposita quæstione, q̄ filius
 secūdo genitus succedet in maioratu, quem auus in-
 stituit & pater tenuit, excluso nepote: quoniam vi-
 delicet primogenitus non est credendus, patri super-
 uixisse in hūc effectū succedendi in maioratu. Sic il-
 lud pulchrum & scrupulosæ subtilitatis eueniet: sed
 tamen verum & necessariò probandū, quōd primo-
 genitus credit̄, patri superuixisse: vt hereditas patris

inte-

intestati sibi & secundò genito fratri delata intelligatur. d. §. Cùm in bello. d. §. Si Lutus. Et tamen idè primogenitus non credetur, patri superuixisse ad effectum succedendi in maioratu quem pater tenuit, vt probatur in. d. §. Si quis autem.

Quintò infero decisionè quæstionis, quæ aliàs ex facto cõtigisse dicebatur. Quidam enim filiũ vnicũ & duos fratres habens, maioratum ex tertia bonorũ parte instituerat: eumq; filio & deinde eiusdè descendibus reliquerat. Et quo casu linea filij esset extincta: de maioratu his verbis cauerat, *Quando ao meu parente mais chegado*. Filius quæsito maioratu sine liberis decesserat: de cuius successione contendebant defuncti frater natus minor, et ex prædefuncto fratre natus maior, conceptus filius. Itaque incurrebat quæstio patris & nepotis de maioratu contendentium. Pro nepote dici poterat, quòd eius pater, si vixisset, vtpotè natus maior: sine dubio ad maioratum fuisset admittendus. Quare & ipse, quasi in gradum patris sui succedens, admitti similiter deberet: quum representatio in huiusmodi specie locum habere videbatur. Siquidem agebat de successione fideicommissi bonorum patris sui, ad quæ pariter cum patris aduersario fuisset admittendus, si diuidi potuissent, argu. Authè. Cessante. C. De legi. hære. coniu.

Et a gl. receptæ autoritate in l. Cùm ita. §. In fideicō-
 mīllo, in verb. pximo. ff. de lega. 2. Sic ex priuilegio
 repræsentationis, nepos hic, etiam natu minor, quia
 filius esset fratris maioris: diceretur esse præferendus
 patruo suo annis maiori, secundum id, quod supra
 receptū esse diximus, & respōderūt in his fermè ter-
 minis Aret. cōf. 162. Diligēter, & Soc. cōf. 252. lib. 2.

*¶ Gl. l. Cùm ita
 §. In fideicōmis-
 so, in verb. pro
 ximo. ff. De le-
 ga. 2. vtrūm p-
 cedat eo etiam
 casu, quo testa-
 tor fecit mētio-
 nem proximio-
 ris de familia.*

Sed tamen pro patruo considerari poterat, quòd
 autoritas gl. in d. §. In fideicōmissio, eo propriè casu
 locū obtinet, quo testator fideicōmissum familię col-
 lectiuo nomine reliquisset. Cæterum ubi proximio-
 ri de familia fideicōmissum dedisset: cessare videre-
 tur gl. sententia. Siquidē testator proximioris designa-
 tione exclusisset eum, qui proximior non esset: vt re-
 soluit Dida. Couarr. Præctica. quæstio. cap. vltimo
 n. 4. versic. Tertio ad intellectū. Tametsi autores re-
 ferat, qui intellexerunt, etiam in hac ipsa specie gl.
 sententiam procedere.

Certè si verba institutionis talia fuissent, *Uenha
 ao parente may s chegado*, patruo causa contra nepo-
 tē sine dubio præualeret. In hac enim verborum cō-
 ceptione inter omnes cōstare deberet, quòd testator
 sensisset de cognato suo: non verò de eo, qui vltimi
 dūt axat possessoris cognatus esset, iuxta Bar. doctri-
 nam in l. Si cognatis. n. 2. ff. De reb. dub. quā in hoc

arti-

articulo probandã fore, agnoscit Maria. Soci. Iunior
 confi. 126. Maxima. n. fin. lib. 1. Vbi tamen quis vlti-
 mi possessoris cognatus esset, atq; etiam probaretur
 esse ex defuncti, qui maioratũ instituit, cognatione:
 tunc proximitas magis respectu vltimi possessoris,
 quã defuncti, attendi deberet in hoc Regno, secun-
 dũ legis Regiæ autoritatem, quæ nouissimè lata
 est, in hæc verba,

Dom Sebastiam per graça de Deos Rey de
 Portugal. 2c. Faço saber aos q̃ esta minha
 ley virem que auendo eu respeyto aas duuidas que
 muytas vezes se mouiã acerca da socessam dos mor-
 gados 7 beês vinculados, se socedera a ho parente ma-
 ys chegado ao primeyro instituydor, se ho mays che-
 gado ao vltimo possuidor. 2c. E y por bẽ 7 me praz q̃
 da quem diante nos morgados 7 bês vinculados de
 qualq̃r qualidade q̃ se jã soceda ho parente mays che-
 gado ao vltimo possuydor quando ho primeyro insti-
 tuydor ho nã declarar ou desposer e outra maneyra.

Quum igitur defunctus cognatum suum maiorẽ,
 qui proximior esset filio vltimo possessori, vocasse
 intelligatur: consequens foret, patrum nepoti præ-
 ferre, etiam si patruus natu minor esset quã nepos.
 Cõstat enim, quòd filio propior gradu est patruus,
 quã patruus filius. §. Tertio. & §. Quarto, Insti. De
 gradi. Nec vllò colore posset patruus filius dicere, qd̃

*Proximior co-
 gnatus, ad ma-
 ioratũ vocatus.
 Et si referri de-
 beat ad proxio-
 miorẽ vltimi
 ipsius possessoris:
 ita tamen intel-
 ligendum est, si
 et idem fuerit
 de cognatione
 eius qui maio-
 ratũ instituit.*

I ij intelli



intelligi deberet esse in gradu patris prædefuncti: quū etiam si ageret de successione eiusdem ultimi possessoris, nullatenus posset, privilegiū aliquod representationis prætere, Authen. Post fratres fratrumque filios. C. de legi. here.

¶ Intellectus. l.
40. Tauri.

Sexto & ultimo infero intellectū l. 40. Tauri, ibi, **Lo qual no solamente mandamos q̄ se guarde y pla-
tiq̄ en la successiõ del mayoradgo a los ascendientes:
pero aũ en la successiõ del mayoradgo a los transuer-
sales.** Videndum enim est, vtrum ascendentiū &
transuersaliū mentio referenda sit ad eos qui maio-
ratū instituerūt: an verò ad eos, ad quos ultimo loco
maioratus spectauit. Et mihi videtur, legē nequa-
quā esse restringendā ad posteriorē hunc sensum:
quoniam prior & proprietati verborū, & ipsius legis
sententiæ magis conuenit. Nam hæc verba, Petrus
succesit ascendētibus, possunt dupliciter accipi: vel
quod Petrus succesit ascēdentibus in bonis eorundē:
vel quod succesit in locū ascēdētū, capiēdo bona al-
terius, quæ ascendentes in vita habuerunt. Prior autē
interpretatio videtur esse receptior ex sententia Bal-
di, si rectè expēdatur, in l. fin. ad finē, vers. Si autē di-
ctio, succedat. C. De sacrosan. eccles. Rapha Fulgo.
conf. 33. Titius. Philip. Corne. cōsil. 47. Videtur pri-
ma facie. n. 7. li. i. Soci. in l. i. n. 36. ad fin. ff. de vulga.
Philip.

¶ Succedat, ver-
bum, coniunctū
personæ datiuo
casu, quo modò
intelligendum.

Philip. Dec. in l. Precibus. n. 17. C. De impube. & alijs Lanfran. n. 14. Lancelo. Galiau. n. 64. in repet. l. Centurio. ff. De vulga. Vnde verba d. legis Tauri magis aptabuntur in hunc sensum, quòd quis ascendentibus & transuersalibus dicatur succedere, vbi eis in eorum bona succedit: quum per fideicommissum ipsi testatori succedatur, argum. l. Cohæredi. §. Cū filie, vers. Nec fideicomisso. ff. De vulga. Huic etiam interpretationi magis accommodatur ipsius legis sententia: quum aperte significet, difficiliorem fuisse decisionem, si transuersalibus quàm si ascendentibus succederetur. Planè difficilior videbatur esse decisio pro nepote, si transuersalis quàm si ascendens; maioratum instituisset, argumen. Authen. Post fratres. 2. C. De legitimi. hære. & eorū quæ supra scripsi pag. 79. vers. Sextò & vltimò. Contrà non potuit videri difficilior esse decisio pro nepote, si transuersalis, quàm si ascendens, fuisset vltimus possessor. Nec enim sumus in feudis, in quibus ex psona vltimi feudatarij repræsentatio inducitur, perinde atque si de eiusdem legitima hæreditate iure civili ageretur. Denique ex persona eius qui maioratum instituit: constituendum fuit, vtrùm in ei succedentibus repræsentatio locum haberet, secundùm ea quæ obseruauimus supra pag. 34. cum seq. Cùm igitur lex voluerit, ne-

potis causam esse potiorē, etiā si is qui maioratū instituit, esset ex vltioribus transuersalibus: comprehēditur videbitur omnes casus: vt nihil intersit, vtrū vltimus possessor ex ascendētibz fuerit, an ex trāsvērsalibus. Et bene verba se habent ad omnes casus pertinentia, *De manera que siempre el hijo y sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres.* Quibus verbis lex generaliter cōclusisse omnes casus videtur, vt in simili obseruat Bar. in l. Pater. §. Fundū. ff. De lega. 3. Sic constituto iure Regio noua repræsentatio inducitur: vt aliās in l. In quibus. C. De secun. nupti. & in Authen. De hære. ab intesta. venien. §. Reliquum, Colla. 9.

*Nepos patru
p̄fertur in Re-
gno Castelle in
distinc̄te.*

Ex his deducitur, quòd etiam si is qui maioratū instituit, atque etiam vltimus possessor, fuissent ex remotioribus transuersalibus patruī & nepotis, qui de maioratu contenderent: nepos ex sententia d. legis Regiæ, præferri deberet. Quod propemodum ita resoluit Did. Couarr. Practica. quæstionum. cap. vlti. nu. 10. cuius opinionem valde probo. Tametsi Anto. Gomez. in l. 8. Tauri. n. 20. & Grego. Lupus in l. 2. in verb. *El mas propinco pariente.* vers. Sed quid si aliquis. tit. 15. Parti. 2. diuersum putauerint. De intellectu autē eiusdē. l. Tauri. in fin. verb. dicitur aliquid in sequēti articulo: ad quē iam transitū faciamus.

DE

DE REGNI

successione.



UPEREST de successione Regni grauior quæstio, quam initio operis testatus sum, apud me esse in difficili. Quid enim si mortuo Portugalliæ Rege, extarent filius eius secundo genitus annis maior, & ex prædefuncto filio primogenito (quem Principem Hispania appellat) conceptus nepos, adhuc infans? Nempe controversia ferè inextricabilis oriretur, vter alteri præferri deberet: quum nec iure Regio, nec communi, hoc satis constitutum videatur.

Atquæ vulgo affirmaretur, quæstionem hanc decisam esse lege mentali, quæ sine dubio filium in bonis Regiæ coronæ nepoti prætulit. Quippe verbû ex legibus, sic accipiendum est, tam ex legum sententiâ, quàm ex verbis l. Nominis. §. Verbum. ff. De verbo. signi. & sententiâ legis mentalis manifesta esse videtur. Non enim aliter deferri deberent bona Regiæ coronæ, quàm ipsa corona Regia: quû nō liceat à capite mēbra recedere. c. Cùm non liceat, De præscriptio. Porro quòd eadem ratio sit in ipsius Regni successione, atq; in bonis Regiæ coronæ: sensit Abbas cōf. 85. n. 7. lib. 1. dum ad donationem bonorum

Regiæ coronæ induxit tex. in c. Licet, De voto. Hoc ita in terminis argumentatus est Paul. Castré. conf. 164. n. 1. lib. 2. vbi scripsit, quòd cum in Regno Castellæ esset facta constitutio pro nepote contra patruum, in ipsius Regni successione: interpretandū erat ex legis sententia, idem seruandum fore in maioratu bonorum Regiæ coronæ. Quòd relato Paulo sequutus est Ludo. Bologni. conf. 62. Viso igitur, col. 3. vers. Quapropter his præmissis. Denique Philip. Dec. conf. 443. In casu ad me transmissio de Regno Portugalliæ, in princ. quum consuleretur super maioratu bonorum Regiæ coronæ: constituit, statum controuersiæ reduci ad quæstionem, vtrum in Regni successione, patruus nepoti preferretur.

Mentalis legis, quæ filium nepoti præterit, sententia, nõ pertinet ad ipsius Regni successione.

Sed nihilominus ego intelligo, sententiam legis mentalis non pertinere ad ipsius Regni successione: idque fundata iuris ratione, quæ has species distinguit. Hæc autem iuris ratio descendit altiùs ex eo quod bona Regiæ coronæ nõ deoluuntur ad sequentem successorem filium vel nepotem, quasi hereditas parentis, secundum ea quæ in priore articulo latius ostendi pag. 37. At Regnum ad Regis liberos deuoluitur, quasi ipsius Regis hereditas: vt est expressum in cap. Licet, De voto, vbi omnes obseruât. Tradit hoc eleganter Oldra. conf. 94. Eleganter, n. 3. & Ioã. Cirier

Regnū, quasi hereditas defuncti Regis, primo genito defertur.

in tract. De primogeni. lib. 3. quæst. 2. cum cōcordā. allega. ab Andrea Tiraquel. De iure primogenio. q. 35. n. 3. Ex hac differētia plures inter ipsius Regni primogenium, & bonorum Regiæ coronæ maioratū, differētiæ procedūt: quas quia persequi longū esset: attingā duntaxat eas quæ sunt præcipuè notabiles.

Hinc igitur prima differentia procedit, quòd si mortuo patre Rege, primogenitus repudiaret illius hæreditatem: mox Regnum deuolueretur ad secundò genitum, vt asseruit Oldra. d. conf. 94. n. 15. in fine, & Albe. in prohemio. ff. vete. §. Discipuli. n. 16. Petrus de Anchar. in cap. Licet. n. 17. De voto. Cuius sententiæ ratio illa est, quòd repudiata patris hæreditate, Regnum paternum, quod erat hæreditas, repudiatū animaduertitur. Tametsi Marti. Laudé. in tractata primogeni. quæst. pen. hanc sententiam tractauerit: quasi Regum paternum & hæreditas paterna, essent res diuersæ. Intellego autem, Oldradi traditionē ita planè procedere, si proponatur, quòd primogenitus nō fuisset in morientis patris potestate, vt quia emancipatus esset, aut vxorem duxisset, iuxta Ordina. Regiā lib. 1. tit. 67. §. 4. Tunc enim repudiari hæreditas rectè diceretur, quæ etiam ad secundò genitum efficaciter deuolueretur. Cæterum si hæc non proponerentur, & primogenitus in morientis

¶ Regis primogenitus, si eius hæreditatē se e pud auerit: Regnum utiq; res pudiasse ceu ceo bitur.

rientis Regis fuisset potestate: tunc de abstinēda magis quàm de repudianda hæreditate agēdum foret, iuxta Rub. C. De repudi. vel abstinē. hæredi. Quapropter si patris hæreditate se abstinuisset: non continuo Regnum deuolueretur simpliciter ad secundò genitum. Si quidem ipse primogenitus, qui regnum ipso iure inuitus quæsiisset, ut potè patris suus & necessarius hæres. §. 1. Insti. De hære. quali. & disse. posset adhuc redire ad Regni successione, à qua semel se abstinuisset, secundum ea quæ habentur in l. fina. C. De repudi. hæredi.

Diuersum est in maioratu honorum Regiæ coronæ: de quo nihil filius statuisse videbitur, & si patris hæreditatem repudiet. Nam maioratus ipse planè non est patris hæreditas: nec feudo, quod hæreditarium non sit, comparari debet, ut rectè sensit Bart. in l. Ut iurisiurandi. §. Si liberi. n. 4. ff. De operis liberto. & est expressum lege Regia lib. 4. tit. 35. §. 1. Quam differēciam inter Regni & aliorum maioratum successionem minimè cōsiderarunt Cisuentes in l. 40. Tauri, & Grego. Lupus in l. 4. tit. 15. Part. 2. in. 1. schol. versi. Poterit etiam.

Secūda differentia etiā procedit, quòd viuo Rege non posset primogenitus, cum fratribus suis pacisci de futura Regni successione: quoniam contra ius gētium

Regnum primogenito quasi suo & necessario hæredi ipso iure queritur.

Pactum de futura Regni successione viuo Rege fieri non potest: nisi de consensu Regis.

tium festinare videretur qui de viuentis patris hereditate tractarent. l. fina. & quod ibi nota. C. De pactis. Vnde Bal. in Authé. Hoc amplius. n. 10. C. De fideicō. querit, an filij Regis viuo Rege possint inter se diuidere baronias pro futuris dissensionibus declinandis? Et respondet, posse de consensu Regis: atque eidem Regi licere, vsque ad mortē suam cōsensum prāstitum reuocare l. fin. C. De pactis. Faciūt in hāc sententiā quę referendo Oldr. d. cōf. 93. tradit Phil. Dec. in l. Pactū. n. 17. vers. In contrariū. C. De colla.

Diuersum est in maioratibus bonorum Regiæ coronæ & patrimonialium. Nam si primogenitus viuo eo qui maioratum possidet, pacta concipiat super futura successione: non exigetur consensus illius de cuius hereditate nō agatur. Certi enim iuris est, qđ si quis mihi post mortem suam ex alieno iudicio restituere bona debeat, possum regulariter pacisci de spe horum bonorum, quę viuētis hæreditas dici nequeunt. l. cum Archimedoram. C. Vt in possess. legi. nota. in l. 1. C. De pactis: tradit post Paul. Castré. Alex. in l. qui Romæ. §. fin. n. 57. ff. De verb. oblig.

Ex hac differentia apparet, quomodò resolui debeat ea, quæ cōfusē in hoc articulo allegauit Tiraq. De iure primoge. q. 29. & an rectē senserit Anto. Gomess. in l. 40. Tauri. n. 70. q. Bal. sententiā in d. Authé.

Hoc

VPactum de futura maioratus successione fieri iure potest, inuito eo qui maioratum possidet.

Hoc amplius, de regni successione loquentis, ad vulgares maioratus generaliter induxit.

Debita Regis defuncti successor exoluere tenetur regulariter.

Tertia differentia hinc etiã procedit, quòd primogenitus Regis filius debita patris exoluere tenetur, vt qui hæreditario iure in paternũ Regnum successerit, arg. cap. 1. De solutiõ. Quod ita scripsit Bal. in cap. Venerabilem. n. 14. De electio. argu. c. Licet, De voto. Et hoc esse consequens superiori conclusiõni, qua cõstitutum est, Regnum quasi hæreditatem mortui Regis iure hæreditario deferri: rectè intellexit Ioan. Cirier in tracta. primogeni. q. 5. lib. 2. n. 6. Idem probauit Andre. Tiraquel. De iure primoge. q. 35. n. 25. & 26. maximè quando debita essent contracta in Regni vtilitatè. Et videtur esse expressum in l. 4. tit. 15. Parti. 3. vbi scriptum extat, quòd nouus Rex tam iure stricto quàm ex bono & æquo, debet exoluere debita Regis prædefuncti. Quo loco Grego. Lupus in .1. schol. dicit, eam legem non aperire, an id procedat etiã si nouus Rex non sit hæres mortui Regis. Nam imò videtur (inquit) loqui, quando Regi hæres extitisset, cùm dicit infra, hereda susbieues. Sed & Anto. Gomeff. in l. 40. Tauri. n. 72. nouè interpretatur, quòd quatenus lex ait, iure teneri nouum Regem ad soluendum debita Regis defuncti: referenda est ad debita, in vtilitatè Regni contracta.

Quate.

Quatenus verò eadē lex ait, teneri Regem, por bien
estança, hoc est, ex bono & æquo: referri debet ad de
bita voluntaria.

Mihi autem videtur, diuersam esse legis senten- ¶ *Intellectus. l.*
tiam: quoniā cumulat tam iuris quā boni & æqui ¶ *q. tit. 15. Pare*
rationes, quasi in vnum concurrant. Vndē generali ¶ *tita. 2.*
ter legem accipio: & eius rationem consistere puto
in eo quod eadem lex ait, hereda sus bienes: quæ ver
ba non refero ad alia Regis bona patrimonialia, sed
magis ad ipsa Regni bona. Intellego enim eam legē
Regiam iuxta tex. in. d. cap. Licet. De votò: vt bona
Regis defuncti dicantur Regnum ipsum. Sic ratio
bene aptatur decisioni, vt qui succedit iure hæredita
rio in Regnum, quasi in defuncti Regis hæreditatē:
teneatur eiusdem debita persolvere.

Deniq; Bal in. d. cap. Venerabilē. n. 13. præsuppo
nens, hoc quod dicimus verum esse: talem quæstio
nem proposuit, quasi ex facto agitatum. Deficiente
(inquit) legitima stirpe Regia, fuit creatus Rex de
consensu omnium populorum illius Regni propter
inclytam suam probitatē spurius filius Regis præte
riti. Quī peteretur ab eo, quòd solueret debita prio
ris Regis, negabat se teneri: quia non successerat in
Regno, quasi iure hæreditario, sed ex noua creatio
ne. Hæc ille: qui intelligebat, se verba facere de Por
tugalliæ

tugalliæ Rege Ioãne huius nominis primo. Is enim, quum naturalis filius fuisset Regis Petri: mortuo fratre Rege Fernãdo, ob Regias animi dotes, Lusitani populi suffragijs Rex electus est, vt idem Bal. latius enarrauit conf. 271. Casus. lib. 1. vbi propositã quæstionem absoluit.

¶ Debita prædecessoris nõ tenetur regulariter soluere is, qui in maioratu successit.

Diuersum est in maioratibus bonorũ Regiæ coronæ & patrimonialiũ. Nam in his nulla iuris ratio suader, quòd mortuo possessore, sequēs successor teneatur similiter debita eius exoluere. Est enim quidam successor singularis bonorum, quæ ab hoc defuncto capere non intelligitur: quum nouus Rex sit defuncti Regis hæres vniuersalis, & Regnum ab eo quodammodò capere intelligatur. Quam differentia miror non esse animaduersam à suprã allegatis autoribus, qui Regni hæredem, & vulgarium maioratum successore eodem iure censuerunt.

Verùm nostra lex Regia lib. 4. tit. 35. §. 1. rem ex bono & æquo temperauit. Constituit enim, vt qui in huiusmodi maioratibus succedit: teneatur debita prædecessoris, ex honestis causis contracta, in subsidium soluere vsque ad quãtitatem redditus, qui biennio ex maioratu proueniret. Dicebam tamẽ aliàs, cùm quidam æri alieno obnoxius, à Mauris hostibus in acie belli esset interemptus, & successor con-

sanguis

fanguineus recusaret, ex redditu maioratus patrimonialis quidquam vltra soluere, quàm diffinitum est lege Regia: posse nouam sententiam induci. Arbitratur enim, consultum iri creditoribus, si libellum Regi porrigerēt, quo supplicarēt, vt habita ratione mortis gloriosæ, quam debitor eorum pro republica oppetierat, interponeret beneuolentiam suam: & rescripto iuberet, solui quæ debuisset is qui per gloriam etiamnum viuere intelligeretur. l. Bello amissi. ff. De excusa. tuto. Adijcere deberent, æquissimum videri, & sine iusta querela noui successoris merito impetrandum, vt vltra biennium lege diffinitum eodem ordine continuaretur solutio, donec integrè æs suum recuperarent. Nam si ei qui pro re publica cecidit, illud præstatur, quòd iustum alioqui maioratus successoré penitus excludit, quasi adhuc viuus, vt filio suo profit, secundum supra dicta pag. 66. multò magis eidem præstandum, quòd iusti successoris emolumentum interim moretur, vt animæ suæ profit. Nec enim dubitandum fore, quin huiusmodi solutio ad salutem animæ ipsius debitoris spectare videatur: & salus animæ cunctis respectibus præponenda sit, cap. Cum infirmitas, in fi. De poeniten. & remissio.

Quarta etiam differentia procedit, quòd si Rex decedat

*Debita eius, q
in acie pro res
publica cecidit,
exoluere cõpel
li potest iusto
rescripto is qui
ei successit in
maioratu, ex
fructibus ma
ioratus.*

¶ *Fructus pen-*
dentes in Re-
gni' possession-
ibus, ad ipsius
Regni successo-
re integrè per-
tinent.

decedat pendentibus possessionū fructibus, ex qui-
bus collectis portio ad omnes liberos perueniret: cō-
stare debet, possessiones ipsas cum fructibus, qui par-
tes possessionum esse videantur, ad primogenitū iu-
re hereditario deuolui, argu. l. In lege falcidia pla-
cuit. ff. Ad legem falci. l. fina. §. penul. ff. De his quæ
in fraudem credito. l. fructus. ff. De rei vendica.

Contra in maioratibus bonorum Regiæ coronæ
& patrimonialium nō equè hoc cōstaret: quoniam
dubitaretur, vtrum pro rata anni inducenda esset di-
uisio fructuum, iuxta. l. Diuortio. ff. Solut. matrimo.
Eam enim diuisionem induxit ad feudum, quod ad
dominū non fuit reuersum, sed delatum est sequen-
ti agnato: ex Rapha. Cuma. sententia Alexander in
d. l. Diuortio. n. 3. Sed & Soci. ibidem. n. 10. eam in-
ductionem ratione confirmat, quòd sicuti fructus
marito conceduntur propter onera matrimonij: ita
feudum vasallo conceditur propter seruitia, ad quæ
domino obligatur. Deniq; in Granatensi Prætorio,
quū de fructibus maioratus hæc quæstio incidisset,
diffinitum est, pro anni portione qua possessiones a-
pud defunctum fuissent: partem fructuum eius hæ-
redibus deberi, vt̄ refert Dida. Couarr. Varia. reso-
lutio. lib. 1. cap. 15. n. fina.

Sed noster Senatus Regius contrà censuisse vide-
tur

24
28 pag. 143

cur in ea parte sententiæ, qua diffiniuit, oppidū do Vi-
mieiro ex lege mentali pertinere ad D. Fernādū à Faro,
cum omnibus fructibus collectis à tempore quo
parēs eius decesserat. Et ego hoc magis probo, tam
in maioratu bonorum Regiæ coronæ, quàm bonorū
patrimonialium, qui fuerit in vltima voluntate insti-
tutus. Neque enim in his recedendū arbitror à Mo-
destini responso in l. Herēnius. i. ff. De vsu. cuius ver-
ba sunt, *Herennius Modestinus respondit, fructus qui
post acquisitum ex causa fideicommissi dominium, ex ter-
ra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere: licet ma-
ior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterijisse
dicatur.* Igitur in maioratu bonorū patrimonialium,
quem defunctus quondam in vltima voluntate in-
stituit: constabit, mortuo possessore statim dominia
prædiorum transire in nouum successorem. l. 2. C.
Cōmu. de leg. Sic plana erit inductio. d. l. Herēnius,
vt prædia cum fructibus in eiusdem successoris do-
minium ipso iure transeant.

Videndum autem est, vtrū mortuo vltimo pos-
sessore, prædia bonorū Regiæ coronæ transeant ipso
iure in dominium noui successoris: vt similiter vta-
mur inductioe d. l. Herēnius. Et puto, in hoc articu-
lo esse distinctionem inter personam primi donata-
rij, & sequentes successores. Namque in dominium

K primi

*¶ Dominiū pos-
sessionum, quas
Rex donat, v-
trū sine tradi-
tione in donata-
rium transeat.*

primi donatarij bona Regiæ coronæ nō indistinctè
transibunt sine traditione: sed ita si ex volūtate Prin-
cipis donātis hoc colligatur. Vnde & si Princeps nō
promisit Petro, se ei donaturum prædia, sed ex præ-
senti liberalitate promisit, se ei daturum, vt donatio
dicatur facta per promissionē, iuxta tex. sic rectè in-
telligendū in l. Si quis argentū. §. pen. in princ. C. De
dona & quod circa eum scribit Lancel. Galiau. in re-
per. Rub. n. 120. ff. De verb. obliga. dominiū prædi-
orum minimè in donatariū transibit sine traditione,
iuxta regulam. l. Traditionibus. C. De pactis. Diuer-
sum pbari posset, si Princeps vteretur verbo, dono:
quoniam si nihil aliud proponatur, voluntas Princi-
pis de cuius potestate nō dubitamus, ea esse videtur,
vt & dominium prædiorū in donatarium trāfferat,
argu. l. Senatus. §. 1. ff. De dona. causa mort. Quæ re-
solutio est noua in hoc articulo, quem confuse tracta-
uit Iason in l. Quoties. n. 5. C. De rei vendica. & An-
dre. Tiraquel. in tract. De nobilita. cap. 37. n. 51. Hęc
cum ita videantur esse distinguenda circa personam
primi donatarij, non aptantur sequentibus successio-
ribus: quoniam hi mortuo possessore, prædiorū do-
minia ex legis mentalis sententia & potestate, nācī-
cuntur ipso iure. Quippe vbi datur potestas, transe-
rendi dominium ipso iure, voluntas exercendi eam
pote-

*¶ Dominiū bo-
norum Regiæ
coronæ transit
ipso iure, mor-
tuo vltimo pos-
sessore, in nouū
successorem.*

potestaté, colligi solet ex verbis directis, vt notat gl. in l. i. verb. donatio. ff. De dona. & tradit Alex. cōl. x. Videtur. n. 6. lib. 1. Porrò illud verbū. l. Regiē. d. lib. 2. tit. 17. §. 1. *Siquem*, licet commune videatur, quia verbum, remaneat, est commune, vt docet Bar. in l. Centurio. n. 51. ff. De vulga. lex tamen id verbum in directa significatione accepit, vt colligitur ex §. 3. Quo loco lex securè vtitur verbo, hæreditet: quod sine dubio est directum, vt ex traditione Rapha. Cumanicōsi. 2. Proponitur, col. 2. vers. Ad tertium, scribit Iason. n. fi in d. l. Centurio. Deniq; hanc fuisse legis mentalis sententiã, satis colligitur ex §. 2. vbi probatur, dominia horū prædiorū in heredes vltimi possessoris nō transire: sed post mortē eius prædia semp apud filium maiorem esse debere. Significauit itaq; nullū temporis momentū mortuo vltimo possessore deprehendi posse, quo prædia non sint integrè apud filium eius maiorem, & consequenter dominia earū rerum ipso iure acquiri sine possessione. Tametsi in Regno Castellæ non solū dominia rerum, sed etiam possessio ciuilibissima transeat in omnē maioratus iustum successorem, vt constitutum est l. Tauri. 45.

Hinc dicemus, omnes pendentes fructus cū ipsis prædijs, mortuo possessore, in dominium noui successoris transire: vt pro anni portione diuisio nulla

Fructus pendentes in bonis Regiæ coronæ integrè pertinet ad nouum maioratus successorem.

inducatur, argu. d.l. Herennius. Nec huic sententiæ refragabitur Cumani & Alexā. autoritas in d.l. Diuortio: quoniam respondetur, eos loqui in feudo, qđ datur propter onera constituta. Nos verò loquimur in bonis Regiæ coronæ, quæ non sunt feuda, nec habent onera constituta ad exemplum feudorum, vt habetur d. titu. 17. §. 2. At enim maioratus possessor bello & pace Regi seruire tenetur, ciq̄ue onera incūbunt pro dignitate, vt qui caput sit familiæ suæ: atque ideò inducēda videtur d.l. Diuortio. Sed licet hæc ratio & autoritas Iudicum Granatēsis prætorij memagnopere moueat: nō tamen dissentio à nostri Senatus sententia. Nā onerū illa species, magisquam vis, non est eiusmodi, vt contra iuris regulam comparari debeat cum constitutis oneribus, de quibus in d.l. Diuortio. Vtique enim nemo non videt, hæredē onera hæreditaria sustinere. Et tamen si post mortē rogatus sit prædia hæreditaria restituere, & fructibus pendentibus decesserit, quum maior pars anni transisset: nullam fructuum portionem hæredibus suis relinquet, d.l. Herennius.

Hinc & quinta differētia procedit, quòd Rex potest primogenitum filium regno priuare propter legitimam ingratitude causam, iuxta. §. Causas, in Authen. Vt quum de appella. cognosci. Colla. 8. vt

sen-

v. s. pag
144.

fentiunt cōmuniter Dd. in cap. Licet, argumē. illius
 tex. De voto, & Oldra. d. cōf. 93. n. 16. Marti. Laudē.
 in tracta. pri. nogeni. q. 19. Franciscus Ripa. in. l. Ne-
 mo potest. n. 7. ff. De lega. 1.

Sed tamen Guliel. Bene. in repet. cap. Raynutius,
 in verb. In eodem testamento relinquēs. 1. n. 209. de-
 cifum refert, quòd Delphinus primogenitus Frāciæ
 exheredari non potest, nec Regno priuari, etiā pro-
 pter ingratitudinis causam: quū Regnū non habeat
 ex persona patris, sed sola Regni consuetudine Re-
 gnū ei deferente. Hoc etiam secutus est Carol. Moli.
 in Consuet. Parisiē. §. 8. glo. 3. n. 12. intelligens, quòd
 Regnum Franciæ non deferatur iure hæreditario,
 vt suprā scripserat. n. 8. ex Baldi sentētia in cap. v. nico
 De feudo Marchiæ, col. 2. Quo loco etiam restrinxit
 Oldra. sententiam in. d. cōf. 94. ad Regnū Arago-
 niæ & Maioricarum. Mihi autē videtur, quòd Ol-
 dradi sentētia & rationes generaliter ad omnia Re-
 gna pertineant: quū & ratio diuersitatis non occur-
 rat inter Regnum Vngariæ & alia Regna. Planè in
 d. cap. Licet, De voto, omnes expressum agnoscunt,
 quòd Regnum Vngariæ iure hæreditario deferatur.
 Sic probabilius videtur, quòd & Regnum Franciæ
 similiter, quasi hæreditas, agnato proximo defera-
 tur. Nam nec Bal. in. d. cap. v. nico, sentit, Regnum

¶ Regis primos
 genitus ex here-
 dari & Regno
 priuari potest
 à patre propter
 infra ingratitu-
 dinis causam.

¶ Franciæ Re-
 gnum an iure
 hæreditario des-
 feratur.

Franciæ non deferri iure hæreditario: vt rectè videtur expendisse Ioã. Cirier De primogeni. lib. 3 q. 2. n. 5. Deniq; quòd & Delphinus primogenitus Franciæ possit iustè Regno priuari à patre propter ingratitudinis causam: magis probasse videtur Guliel. Bene. vbi suprà. n. 209. quãuis cogitandũ reliquerit. Et licèt Carol. Moli. d. n. 12. scribat, quòd hæc cõclusio non habet dubium in Regno, quod defertur iure hæditario: dubitationem nihilominus recipit. Quippe Regnum ita defuncti Regis hæreditas est, vt singularia quædam præcepta sint in huiusmodi hæreditate. Quale est illud, quòd Rex liberos nõ habens, non potest Regnum cuius relinquere. Deuolui enim debet ad proximiorẽ consanguineũ: in cuius præiudiciũ nequeat Rex filium naturalem facere legitimũ, iuxta ea quæ tradit Alex. in. l. Gallus. §. Et quid si tãtũ. n. 25. ff. De libe. & posthu. Vnde filius, propter ingratitudinem aduersus patrẽ commissã, non videtur posse à patre Regno priuari: quum eam hæreditatem non tam à patre, quàm à primo illo habere intelligatur qui Regnũ sibi & generi quæsiuit.

Verũ superior sententia præualere debet, vt potè receptor, & quæ fermè probari videatur argu. d. cap. Licet. Nam & illo quoque argumento fiet probabilis, quòd Rex iure possit filium secundò genitum

nitum primogenito antepone, si primogenitus non sit idoneus moderando principatui: vt ex Baldi traditione in Authē. Hoc amplius. n. 10. C. De fideicō. receptum constat, secundum autoritates quas cumulat Andre. Tiraquel. De primoge. q. 21. n. 11. Propè autem est, vt qui aduersus patrem causam ingrati- tudinis commiserit: debeat hoc ipso estimari, Regno non esse idoneus. Qualis enim futurus est in subditos, qui Dei præceptum & naturæ ius in violando patre contempserit? Planè superiore sententia ita erit vtendum, vt Rex ipse filium nominatim adiecta causa exhæredet: & Regē futurum designet qui ex Regio sanguine sequens sit post exhæredatū, argumen. Authē. Non licet. C. De libe. præte. At- que ita refutabitur argumentum, quod contrà hanc partem fecisse videtur Ioā. Cirier De primoge. lib. 3. q. 6. n. 9. Scripsit enim ex Baldi sententia in. l. Fratres, in. 6. q. C. De inoffi. testa. expeditum fore, quòd in Regno, quod transfertur iure hæreditario & sanguinis: ingrati- tudo non priuaret. Nos autem nota- mus, illud necessariò ex ipsius Baldi verbis intel- ligendum fore, vt ingrati- tudo ipsa non priuet: ni- si cum ingrati- tudine concurrat exhæredatio no- minatim facta. Denique si primogenitus fuerit ingratus, & pater Rex eum non exhæredauerit:

*¶ Rex potest fi-
lium secundò
genitū designa-
re futurum Re-
gem, si primo-
genitus nō sit
idoneus.*

Regnum primogenito deferetur, vt secūdò genitus nequeat ingratitudinis causam obijcere, argumé. l. Omnimodò, vers. Nam si nullam. C. De inoffi. testa.

*Ingratitudo,
quæ primogeni-
tum iuste repel-
lit à patris hæ-
reditate: nō po-
test eundē repel-
lere à successio-
ne maioratus.*

Diuersum obtinebit in maioratu bonorum Re-
giæ coronæ vel patrimonialium. Hic enim cōstabit
inprimis, quòd exhæredatio patris quæ filium ab hæ-
reditate excludit, non excludit eum à maioratu: quū
maioratus non sit eiusdem patris hæreditas. Præte-
rea quāuis pater specialiter exprimat, quòd ex eadē
ingratitudinis causa filium maioratu priuat: hæc vo-
luntas non videbitur attendenda: quia filius maiora-
tū non patris iudicio habeat, sed ex prouidētia Prin-
cipis, vel defuncti qui maioratum instituit, argu. l. Si
arrogator, vers. pen. ff. De adoptio. l. Cohæredi. §.
Cūm filiæ, vers. Nec fideicomisso. ff. De vulga. Hoc
videtur docere Philip. Corn. in. l. 1. col. 3. vers. Præte-
rea. C. De cōditio. infer. & tradit Guliel. de Monfer-
rat, in tracta. De success. Regum. n. 19. & specialiūs
Carol. Molin. in Cōsue. Paris. d. §. 8. in gl. 3. n. 12. Vbi
cū iudicio resoluit, quòd filius primogenitus potest
priuari ob ingratitudinē Regno vel feudo quod iure
hæreditario deferatur. Cæterum in Regnis & feu-
dis, vel alijs rebus quibuscūque quæ non iure hæredi-
tario, sed sanguinis, vel inuestituræ deferuntur: non
posset (inquit) filius priuari prætextu ingratitudinis,

etiam

etiã in iure expressæ: quoniam non accipit ius à patre offenso, sed aliunde.

Ego nihilominus contra hãc resolutam differentiam, quæ iustissima apparet, affero nouam iuris ratione: vt filius maioratu bonorum Regiæ coronæ possit priuari à patre propter causam ingrati tudinis. Considero enim, quòd etiã si patris exhæredatio, quæ attinet ad vim verborum, nõ alienet filium à maioratu, quia maioratus non est patris hæreditas: iuris tamen potestate filius qui mala mente à patre fuit exhæredatus, non videtur esse admittendus ad ius paternum etiã quòd hæreditarium non sit. Allego tex. in. l. Si patronus testameto, cum vulga. ff. De bonis liberto. ubi expressum est, quod si pater manumittendo seruum, quæ fuit in eo ius patronatus sibi & liberis suis: id ius nõ est hereditarium: quod vtiq; acquiratur liberis etiã qui patri heredes nõ extiterint. Et tamẽ si liberi mala mente fuerint exhæredati, & exhæredatio valeat: excluduntur à iure patronatus. Allego notabile & in proposito comodissimã Bartoli sententiã in. l. Vt iurisiurandi. §. Si liberi, col. fi. ff. De operis liberto. vbi vult Bart. quòd si quis stipuletur emphyteusim sibi & filiis & nepotibus, iuxta quæstionẽ Specul. quem allegat tit. De loca. §. Nũc aliqua. q. 78. n. 100. liberi admittentur ad emphyteusim, etiam si patris nõ fue-

rint hæredes. Caterùm si mala mente fuerint exheredati, non admittentur ad emphyteusim. Idem securè scripsit Angel. Perus. in. l. Si tibi decè. §. Si pactus. n. 2. ff. De pactis, Alex. etiã in. l. Quod dicitur, n. 19. vers. Tamen opinio. ff. De verb. obliga.

Ex qua sententia utilis declaratio infertur ad legè Regiam lib. 4. tit. 63. §. antepen. cuius verba sunt, *Esêdo o dito cõtrato da foramêto feito pa o qõ toma z pera sua molher z pa hũ filho q̃ dãtre elles naçesse como muitas vezes se custuma em nosos Reynos fazerem tal caso bẽ poderabo pay ou mãy q̃l deradei ro delles faleçer, nomear hũ de seus filhos q̃l elle quiser, z porẽ nã podera nomear outra pessoa algũ a estranha. E no dito caso nã tẽdo filhos podera nomear hũ neto ou neta q̃l elle quiser, posto q̃ no dito cõtrato nã faça mẽçã se nã de filho.* Dicemus enĩ, q̃ si is qui filiũ vnicũ habebat, & ex eo vel ex prædefuncto filio nepotes, ex iusta & legitima causa filiũ exheredauerit: poterit iure nominare ad emphyteusim vnũ ex ceteris liberis. Sic filius mortua primũ matre atq; deinde patre, excludet nō solũ à patris hereditate, sed etiã ab emphyteusi quæ nō erat hæreditaria: idq; ppter iustam exheredationẽ. Nepos deniq; ex nominatione admittetur: quia illa verba, *Nam tẽdo filhos*, ita p interpretationem accipiẽda sunt, vt lex de filijs egerit qui possent & deberet admitti ad emphyteusim.

Quare

Quare ex legis sententia perinde erit, extare filiū qui propter exheredationē iustā nequeat admitti, atq; si nullo modo extaret, argu. l. 1. §. Si pater. ff. De cōiūgē. cū emāci. libe. eius. Vnde Bar. n. 2. collegit, qd si iuxta statuti verba, extātib⁹ masculis, fœmina succedere neq̄at: intelligēdū est, fœminā nō impediri, extāte masculo qui rite sit exheredatus. Tradit Albert. Brun. in trac. De statu. fœmi. excludē. arti. 12. q. 6.

Et licet aliquis dubitare possit, vtrūm Bar. in. d. §. Si liberi, hoc ita senserit, quoniā verba eius. n. 4. vers. Sed an isto, exprimūt, quæstionē agitari in emphyteusi hæreditaria, vt etiam accepit Alex. conf. 128. Consideratis n. 8. lib. 1. veriū est quod suprà dixim⁹. Bartolus enī quæstionē eo casu tractat quo nō requirebat^r, filiū esse hēredē: vt idē Alex. collegit in l. Quædā §. Nihil. n. 7. ff. De edē. & Carol. Moli. ad Alexā. d. cōf. 128. Idē mihi cōprobatur, quoniā Bar. manifestē docet, filiū bona mēte exheredatū nō repelli ab ea emphyteusi. Planē nō perspicio quomodo ad emphyteusim hēreditariā admitti possit qui hēres nō esset: quāuis maximē bona mēte exheredatus fuisset. Et sanē Alexādri cōfusio initiū mihi habuisse videt^r ex corrupta litera Bar. q̄a in. d. vers. Sed an isto casu, deficit negatiua. Ita enim legendū puto, Sed an isto casu quo non requiritur, &c. quam lite-
ram

¶ Bartoli litera
restituta.

ram restituo ex sequentibus, & ex Baldi scriptis in. l. Liberti libertæ que. n. 23. vers. Sed an quando non requiritur. C. De operis liberto. Denique durū videretur in praxi recedere à Bartoli sententia, quam Angel. & Alexan. vbi supra, probauerunt, & idem Angel. cōf. 184. Ex forma & serie dictōrū, col. 2. & Rapha. Cuma. in. l. Filius fa. §. Cūm pater. n. 2. vers. Sed dic. ff. De lega. 1. et q̄si receptiorē allegauit Anto Ru be. in repet. §. Quidā rectè. n. 185. l. Gallus. ff. De libe. & posthu. Enimuerò miror, Angeli sententiā in. d. cōf. 184. nō fuisse perceptā ab Alexan. in. d. l. Quòd diciē. n. 21. vbi scripsit, Angelū tenuisse, q̄ filius qui repudiaret, patris hereditatē, admitti posset ad eiusmodi emphyteusim receptā p̄ se & liberis, argumē. Authē. Hæ res. C. De secū. nupti. & §. Optimū, in Authē. De exhibē. reis, Colla. 5. Adiecit, q̄ p̄ eadē iura dixerat Angel. ibidē, filiū exheredatū posse admitti ad eadē emphyteusim. Et tamē Angel. eo loco allegauit d. Authē. Hæ res, & l. Si operarū. ff. De bonis liberto. & l. Quē pater. ff. De religio. & sumpti. fine. quæ omnes allegationes euidens argumentum præstabant, quòd filius etiā si patris hæres non esset, admitti poterat ad emphyteusim: dū modo non foret exheredatus. Quod expressim infrā subiecit in vers. Quandoque non est hæres, quia exheredatur.

Adde

Hoc igitur argumento videretur, q̄ si is qui Regiam donationem meruit, primogenitum filium iustè exheredauerit: primogenitus excludi debeat à maioratu. Quinimò illud memorabile eodem argumento inducetur, quòd si quis maioratū Regiæ coronæ ex parentis acquisitione habuit, & filiū primogenitum iustè exheredauerit: etiam in hac specie primogenitus excludi à maioratu debeat. Nā licet hoc casu nō videretur in emphyteusi idem dicturus esse Alex. vt significauit in. d. l. Quod dicitur. n. 21. equidem aduerto, receptiorem Bartoli sententiam in. d. §. Si liberi, etiam induci ad hanc speciem, in qua multò minorem rationem militare, prima facie apparet. Animaduerto enim, totum Bartoli argumentū in eo consistere, quòd emphyteusim non hereditariam applicauit iuri patronatus: vt putaret, vt m̄q; ius similiter odiosa exheredatione amitti. Porrò in iure patronatus scriptum extat, quòd si pater meus seruos manumisit, & ego mortuo eo in ius patronatus successi: non poterit filius meus, si à me iustè exheredatus sit, admitti ad bona auitorum libertorū. Hoc ita Iulianus scriptum reliquit, referente Vlpiano in l. Si ex patronis. §. i. ff. De bonis libertorū. in hæc verba, *Quòd si a patre sit exheredatus, ab auo non fit: non solum à libertorum paternorum bonis, vcrū etiam ab auo*

ab aui quoque excludi debere: quia per patrem auitos libertos consequitur. Igitur auitam emphiteusim filius meus non consequetur, in qua ego patri meo successi, si videlicet a me iuste fuerit exheredatus. Paulatim igitur idem perducemus ad maioratū bonorum patrimonialium, vt si filius maioratum possedit, quem pater instituit, vt ad liberos veniret ex ordine: primo genitus nepos à maioratu auito excludatur, si à patre fuerit iuste exheredatus. Quod fermè scripsit Ioá. Crot. in repet. l. Filius fa. §. Diui. col. pen. n. 172. ff. De lega. i. Sed & si Andre. Tiraquel. lib. i. De re tractu. §. i. gl. 8. n. 48. hanc Io. Crot. sententiā non videatur admittere, & eo demū casu intelligat tex. in d. §. Iulianus. quo exheredatus à patre, aliter admitti non posset ad ius auitū, quā si veniret ex persona patris exheredantis, per repræsentationem: mihi videtur, quòd sententiam Iureconf. in eo. §. non satis fuerit assecutus. Illa enim verba, *quia per patrem auitos libertos consequitur*, nil significant de repræsentatione: quæ in iure patronatus locū non habet. l. Si libertus præterito. §. i. ff. eo. tit. Magis igitur significat, quòd mediāte persona patris, qui successit in ius patronatus: descendit ad nepotē idem ius. Quare si filius viuo patre decederet, exheredato filio suo: iam hic nepos à patre exheredatus, admitteretur ad bona auitorū

auitorū libertorū. Nam & si mediante patre, ius auiti sanguinis in nepotem descenderit, nō tamē nepos consequitur per patrē auitos libertos, quos pater uiuente auo verè non habuit, vt̄ probatur in d.l. Si ex patronis. §. fin. & obseruāt Dynus & Albe. ibidē. Secundūm quæ stat nostra inductio ex d. §. Iulianus, vt̄ in proposita specie filius exhæredatus à patre, videatur repellendus ab emphiteusi, quam auus liberis acquisiuit, & consequenter à maioratu auito.

Veruntamen resoluo, quòd exhæredatio patris iusta, non priuabit filium maioratu, quem auus à Rege meruit, vel ipse constituit: vt̄ expressim probatur in l. Filius fa. §. Cūm pater. ff. De lega. 1. Ibi enim nepotes ad bona auita, quæ auus primūm filio & deinde familiæ reliquit, planè admittuntur: quamuis maximè à patre fuerunt exhæredati. Quo textu cōuincitur, non habere momentū rationes Ioānis Croti in d. §. Diui. n. 172. ad finē. Præterea cōuincitur, diuersum ius seruari in iure patronatus, & in legato relicto familiæ: quum eodem casu quo exhæredatus repellitur à bonis libertorum auitorū. d. §. Iulianus, non repellatur a legato quod auus familiæ reliquit.

Vbi autem ipse qui filium malè meritum mala mente exhæredauit, maioratū ex Regis donatione quæ suisset: maior quidem dubitatio est. Nā in hac specie

specie fortiter inducitur Bartoli receptior sententia in d. §. Si liberi, vt exemplo emphyteusis non hæreditarię, filius repellat hoc ipso, quòd iustè fuerit exheredatus à patre. Sed mihi videtur, Bartoli sententiam non posse fortiter defendi: quia iuxta regulam æstimandum non videatur, vtrùm filius fuerit heres an non, si vtiq̃ue quasi filio & non quasi hæredi pater emphyteusin quæsiuit, vt Bal. notauit in l. Libertilibertęq̃. n. 26. C. De operis liberti. Item in terminis, nō relato Bartolo, cōtrarium scripserunt Saly. n. 27. Iason. n. 188. in l. 2. C. De iure emphyteu. dicentes, quòd filius exheredatus admittitur ad huiusmodi emphyteusim. Item contra Bart. cōsidero, quòd si eius sententia esset vera, sequeretur etiam nepotem repellendum ab emphyteusi auita, si pater qui emphyteusim secundo loco habuit, eum exhæredasset. Cōsequencia probatur autoritate Iuliani & Vlpiani in d. l. Si ex patronis. §. Iulianus. ff. De bonis liberti. vti supra induximus. Sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Quòd autè cōsequens sit falsum, argumēto est tex. in. d. l. Filius fa. §. Cùm pater. ff. De lega. 1. vbi in terminis hoc ipsum Bal. obseruauit, & Rapha. Cuma. retulit. Præterea cùm huius quæstionis cardo in eo verti videatur, an hæc emphyteusis æquiparanda sit iuri patronatus, & vnicum Bartoli

argu-

*¶ Exheredatus
mala mente à
patre, qui sibi et
liberis emphy-
teusim quæsiue-
rat: non repelli-
tur ab emphy-
teusi.*

argumentum fuerit comparatio iuris patronatus: ego hanc æquiparationē autoritate receptioris sententiæ excludo. Lego enim, receptum esse communiter, quòd ipse qui sibi, et liberis emphyteusim quasi liberis, nō quasi hæredibus accepit: minimè potest vni liberorum eam in totum assignare: vti resoluunt Iason in. l. 2. n. 210. C. De iure emphyteu. & multi alij autores allegati à Dida. Couarr. Varia. resolu. lib. 2. cap. 18. Ergo si ex iure patronatus nō potuit ad huiusmodi emphyteusim induci assignatio argumēto tituli. ff. De assignan. libertis: minùs ex eodem patronatus iure inducenda erit priuatio emphyteusis propter exheredationem. Faciliùs enim fuit assignatio per interpretationem adiuuanda, quàm exheredatio odiosa, argumē. l. Cùm quidam. ff. De libe. & posthu. Denique in iudicando & consulendo auderē recedere ab ea Bartoli sentētia. Considero enim nouè, quòd Bartolus non affirmauit eam: nisi posito casu, quòd pater posset vni eorū liberis emphyteusim assignare, vt apparet ex scriptis eiusdem in. d. §. Sili-beri. n. 6. vers. Præterea posito. Porrò idem Bartolus priore loco asseruerat constantiùs, nō posse patrē vni ex liberis talē emphyteusim assignare: vt cōmuniter ex eius sententia tenetur. Ergo ex Bartoli sententia in hoc priore loco, vt iliter deducemus, quòd nec as-

Bartoli sentētia in. l. Vt iuris iurandi. §. Si liberi. n. 7. ff. De operis liberti. quomodo intelligenda.

L signatio

signatio, nec priuatio propter exheredationem, locū habēt in huiusmodi emphyteusi: vt meritò scripserit Anto. Rube. in repet. d. §. Quidam rectè. d. n. 185. quæstionem exheredationis pendere ex quæstione assignationis. Quare concludo, non temerè affirmādum esse, quòd pater, qui à Rege maioratū meruit, possit ex iusta exheredationis causa filium maioratu priuare. Æstimari enim debet, quòd maioratum filius non tam patris opera habuerit, quàm etiā Regis donātis beneficio. Proinde maioratus non est accepto ferēdus ipsi soli patri, perinde atq; si solus ipse maioratum constituisset: vt eleganter probatur lege Regia lib. 4. tit. 35. §. 1. ibi. *Orá the venham &c. coniuñcto. §. fina. ibi. Saluo se ho dito &c.*

¶ Exheredatio
iusta aliquādo
filium remouet
à maioratu,
quem auus vlti-
mo loco habuit.

Erit tamen quando æquissimum videatur, filium alio qui successurum à maioratu excludere, si à patre fuerit iustè exheredatus. Et (quod prima facie mirabile apparebit) hanc æquitatem inducere volumus eo casu, quo maioratū pater nō acquisiuit, sed auus, vel ex maioribus aliquis. Finge enim, quòd primogenitus alicuius habentis maioratum, exheredauit filium ex vera & legitima causa, & deinde viuo patre in acie belli pro republica cecidit. Nempe hoc iure vtimur, vt in successione auiti maioratus, nepos patruo etiam annis maiori præferatur, si primogenitus

in acie belli mortuus sit pro republica, vt suprà tradidimus pag. 66. In proposita aut̃ specie ordinariam patruī praelationē tuebimur: vt ex verbis concessionis & gradus prerogatiua, ad maioratum patris admittatur, nepote excluso. Nec quidquā erit nouandum in fauorem nepotis: quia non occurrat æquitas quidquam nouandi. Nam nec mortuus pater intelligi debet viuere, vt ei filio profit cui maximè nocere voluit: & iniquum est, si patris priuilegio vtatur filius, qui propter ingratitude, ob offenso patre nō remissam, filij priuilegium amiserit, argu. eius quod per eū tex. tradit Bar. in l. Diuus. ff. Ad l. Pompe. de patri. Deniq; pro patruo contra nepotem bellè inducetur ratio Iuliani in. d. l. Si ex patronis. §. i. ff. De bonis liberto. vt qui per patrem maioratū aui consequi prætendit: ab int̃tione cadat, si ab eodem patre iustè exheredatus proponatur. Tametsi Iurecōs. ibi minimè loquatur de nepote, qui per repræsentationem vellet admitti ex persona patris: & ratio Iuliani explicāda sit, vt suprà. Deniq; hæc species propriè est, in qua maximè hoc probaret Andre. Tiraquel. in. d. gl. 8. n. 48.

Sexta demum differentia, & maximè proposito argumento deseruiēs hinc descendit, quòd repræsentatio, quæ planè locum non habet in successione

dominica bonorum Regiæ coronæ, vt supra ostendimus pag. 37. locū habet in ipsius Regni successione. Nam quum Regnum, velut ab intestato hæreditas, iure hæreditario deferatur: consequens fuit, representationem liberorum in gradum parētum inducere, argumē. tex. in Authē. De hære. ab intesta. venien §. 1. cum sequē. Colla. 9.

Ex hac differentia concludo, sentētiā legis Regiæ. d. lib. 2. tit. 17. §. 1. non pertinere ad ipsius Regiæ coronæ successione. Quippe in ea specie patruus iuxta certam & ordinariā iuris regulam nepoti fuit præferendus: quum materia representationem non admitteret. Nulla igitur consequentia, nullum argumentum inde potest colligi ad successione Regni hæreditarij, in qua videlicet nepos ex priuilegio representationis videatur patruo posse anteponi. Et hanc iuris & rationis diuersitatem scriptam reliquit Bartolus in Authē. Post fratres. 2. C. De legi. hære. vbi præcepit, quòd in Regno non hæreditario, sed ex concessione dominica deuoluto, patruus nepoti sine controuersia fuit præferendus. Quia enim contentio non erat de parentis hæreditate: cessabat representationis priuilegium, quod in hæreditatibus locū habere solet. Proinde significauit, aliam & diuersam rationem versari in Regno hæreditario, in

cuius

cuius successione causa nepotis multò melior censerì deberet, videlicet proter repræsentionis priuilegi-
um quod posset induci. Idque ita ex Bart. sententia
collegerunt Aret. conf. 162. n. 8. Soci. conf. 252. n. 27.
lib. 2. Præpos. in cap. 1. in 29. argumento pro parte fi-
lij, De feudo Marchiæ, & expressius Ioã. Cirier De
primogeni. lib. 1. q. 25. n. 7. vers. Et sic Regna. Secun-
dùm quæ licèt nepos excludatur à patruo in maiora-
tu bonorum Regiæ coronæ, non æquè excludetur
ab eodem in ipsius Regiæ coronæ successione: quū
ratio, quæ totum facit, ostendat, non esse absurdum,
si in membris non idem seruetur quod in capite.

Vnde infero rationem. l. 2. tit. 15. Parti. 2. vbi con-
stitutum legitur, quòd si filius Regis maior viuo pa-
tre decederet, antè quàm patri hæres in Regno exi-
steret: nepos ex eo conceptus, cæteris omnibus præ-
fertur in Regni successione. Interpretor enim, ratio-
nem habitam, quòd in Regno hæreditario æquum
esse videbatur, vt nepos auo in locū patris sui succe-
deret, arg. §. Cū filius, vers. Æquū, Insti. De hæc. quæ
ab intesta. deferun. Proinde si ante cõditam. l. Tauri
patruus & nepos contendissent de maioratu bono-
rum Regiæ coronæ cõstituto ex clausula testameta-
ria Regis Castellæ Henrici: arbitror, districtè pro-
bandam fuisse causam patruui contra nepotem. Licèt

*¶ Ratio prima
tellectus l. 2.
tit. 15. Parti. 2.*

L iij enim

enim ordinarij interpretes. l. 40. Tauri, inculcent per-
 tinaciam aduocatorum, qui contenderent, legē Par-
 titę non esse extendendam ad alios maioratus: equi-
 dem eorum aduocatorum opinionem laudanda ma-
 gis quàm culpandam existimo. Nam quia in maiora-
 tibus bonorum, quę Rex Hēricus donauit, materia
 repręsentationem non admitteret: cōsequens erat,
 nepoti patruū antepone. Nec sententia. l. Partu. do-
 ctiores iudices ab hac opinione auerteret: quoniam
 responderetur, in successione Regni hereditarij po-
 tuisse nepotem patruo pręferri propter repręsentationem,
 quę in hæreditaria parentū successione ex
 iure ordinario locum habet. Deniq; cū apud Ca-
 stellanōs ante. l. 40. Tauri, venerabilior esset Bartoli
 autoritas quàm nūc est, vt apparet ex. l. 1. Tauri, ostē-
 deretur, hanc ipsam distinctionem iudicio & autho-
 ritatē Bartoli constare in d. Authen. Post fratres. 2.
 quem posteriores minimē improbarunt.

Hinc consequenter infero, qđ si hodie in Regno
 Castellę cōtētio sit de maioratu his verbis instituto,
 y depues de mi bi; ovēga el mayorazgo al subijo ma-
 yor que touiere al tiēpo de su muerte, & maioratus
 pponatur fuisse institutus ante cōditam. l. 40. Tau-
 ri: fortiter defendetur, patruum nepoti esse pręferē-
 dum. Nam ea lex ita primogeniti liberos secundō

genito

genito filio anteposuit, vt tamen exceptionē his ver-
 bis subijceret, Saluo si otra cosa estuviere dispuesta
 por el que primeramente constituyo y ordeno el ma- *Legis. 40. T^{am}*
 yorazgo: que en tal caso mādamos que se guardela *ri limitatio.*
 volūdad del que lo instituo. Consideramus igitur, q̄
 etiam si huiusmodi maioratus esset institutus post
 d. l. 40. adhuc non videretur deferenda causa patruī
 contra nepotem. Siquidem diceretur, defunctum
 supra scriptis verbis satis aliud disposuisse, quā le-
 ge Regia constitutum est: vt circa nostræ. l. métalī
 interpretationem obseruauī, pag. 13. vers. Tertiò,
 cum his quæ adieci pag. 91. vers. Secundò. Atque ita
 non sine colore tentaretur, posse limitari. l. Tauri,
 vt stante hac verborū formula, non procedat. Quod
 potest videri sensisse Greg. Lup. in. l. 28. tit. 8. in verb.
 Segun se auiene, Parti. 5. vbi Baldi dictum in. l. 2. ad
 finem. r. col. C. De iure emphy. dixit esse notabile
 ad maioratus. Tametsi Dida. Couarr. d. cap. vltimo
 Practi. q. n. 11. hanc limitationē ex professio reiecerit:
 dum sententiam Cassenei. conf. 53. negat, posse apta
 ri ad limitationē. d. l. Tauri. Sic articulus esset cōtro-
 uersus: quoniā pro nepote diceretur, defunctum qui
 post. l. Tauri maioratum instituisset, nec his qui-
 dem verbis intelligendum à legis Regiæ dispositi-
 one recessisse, vt in terminis argumētatus est Andre.

Sicul.conf.10.lib.2. & Ludo. Bologni. conf.62. pen. col.verf. Et tantò magis. Vbi autem maioratus probaretur institutus ante. d.l. 40. rectè diceretur, defunctum voluisse, quòd patruus nepoti praeferretur: & hanc voluntatem hodie seruandam. Nam huic interpretationi nullum negociũ facere posset lex ipsa Tauri: quoniam inepta foret disputatio, vtrũ defunctus conformare voluisset dispositionem suam cum lege nondum lata, vt in simili scribit Petrus de Anchar.conf.125. Visis col.3.verf. Quintò. Porrò si ex aduersò obijceretur, ante institutum maioratum extitisse legem Partitæ: responderetur, eam legem nec verbis nec sententia quidquã cauisse de alijs maioratibus, in quibus scilicet retinenda esset regula nõ admittendi priuilegium repræsentationis.

Quũ igitur euicerim, patruis & nepotis quæstionem, si de huius Regni successione contendant, non intelligi decisam ex sententia legis mentalis: sequens inspectio est, an iure communi resoluta videri possit eadem quæstio. Et fortasse aliquis crederet, non minus iudicandum esse pro nepote, si successio admittat repræsentationem: quàm pro patruo, si successio eam non admittat. Sed hæc dissimilia sunt, & cum iudicio distinguenda. Quippe vbi materia successio- nis nõ admittit repræsentationem, indubitati iuris esse

esse debet, q̄ patruus nepoti præferatur. Ex diuerso autem si materia repræsentationē videatur admittere, vt in successione Regni hæreditarij: tūc consideratio repræsentationis nō similiter absoluit quæstionē pro nepote. Noua enim duntaxat deliberationē inducit, an priuilegio repræsentationis nepos patruo sit præferendus: quoniā subest adhuc circa ipsum priuilegium hæsitatio, an non omnimodò sit inducendum. Dubitandi ratio in eo est, quòd nepos quidem constituto repræsentationis priuilegio ad Regni hæreditarij successionem simul cum patruo fuit admittendus, si Regnum diuidi potuisset. d. §. Cū filius. Nunc autē contendit exercere idem priuilegiū ad omnimodam patruui, qui gradu præcedit, exclusionem: quum Regnum apud plures esse nequeat. Item si nepos (vt plerunq̄ue est) minor natu sit quàm patruus: adijcitur dubitandi ratio fortior, quòd qualitas maioris ætatis, quæ in patre defuncto filium natu minorem excludebat: non sit, nec videatur posse repræsentari in hoc nepote. Quæ argumenta cum multis alijs copiosè adducuntur ab Andre. Tiraquel. in. d. q. 40. n. 99. & 104. & à nobis repetenda nō fuerunt, qui nihil actum agere consueuimus. Vt igitur propositæ quæstioni cōmodiùs satisfacere queamus: sex conclusiones subiijcimus, quæ hæreditarij Regni
succes-

successionem ab aliorum maioratuū successionem distinguunt. Sic demum apparebit, quanti fuerit anima luertile, quòd in Regni hæreditarij successionem potuit locum habere representatio: cui regulariter locus non sit in successionem aliorum maioratum.

*¶ Fratris filius
excludit Regis
defuncti patruū
natum maiorē in
Regni successio
ne.*

Prima conclusio, Repræsentationis priuilegium efficiet, vt Rege sine liberis mortuo, defuncti fratris filius patruo Regis præferatur: quāuis Regis patruus ætate eum antecedit. Nam licet ambo sint in tertio gradu, filius fratris intelligitur esse in secundo gradu: quia in gradum patris defuncti succedit, & hac ratione defuncti patrui sui patruum à legitima eiusdē hæreditate solet excludere, vt in Authē. De hære. ab intesta veniē. §. Illud palam est, Colla. 9. & resoluit Corn. in Authē. Itaq; si. col. vers. Veritas est. C. Cōmu. De successio. Quare & in Regni hæreditarij successionem idē erit dicendum, vt apertè voluit Anto. de Rosel. in tracta. De successio. ab intesta. n. 118. vers. vel quando volunt, cum sequen.

*¶ Femina non
est incapax suc
cessionis Regni
Portugallie.*

Idē defendi potest in fratris filia, vt patruū Regis excludat à Regni successionem. Nā primūm assumo, fœminā non esse inhabilē ad succedendū in Regno Portugallie: vt nō est inhabilis ad succedendū in Regno Castellæ. d. l. 2. tit. xv. Parti. 2. Generalis enī Regnōrū cōsuetudo, & iuris cōmunis ratio fœminas regulariter

gulariter admittit ad successione[m], excepto Regno Fraciæ ex lege Salica, vt tradit Bal. in. l. i. ff. De Senato. Petrus de Anchar. cõf. 339. Pro maiori, col. 6. vers. Postremò in alijs, & Andre. Tiraquel. De iure primo ge. q. 10. Vnde et si fœmina à feudi successione repellatur, cap. 1. §. Hoc autẽ notandũ, De his qui feudum dare poss. nõ repellitur à successione Regni feuda- lis Neapolitani: vt tradit Matthe. de Affli. in. d. c. 1. §. Et quia. n. 23. Deniq; hoc seruandum esse in huius Regni successiõe, Bal. sensit cõf. 271. Casus, in princ. lib. 1. vbi refert, Ioãne Castellæ Regẽ ex psona vxoris suæ, quæ filia erat Fernãdi Regis Portugalliæ, hoc Regnũ quasi hereditario iure occupasse: & repulsũ illo nomine, quòd schismaticus fuisset. Quã rationẽ & alias excludendi Castellæ Regem, vt eligeretur Rex, Ioãnes Primus, ita reddidit in comitijs Vlyssiponi habitis, Iureconsultorũ Portugalliæ illius ætatis eloquẽtissimus Ioãnes à regulis: vt tamen significaret, certum esse, quòd fœmina, si nihil aliud impediret, capax esset succedendi in hereditariũ Portugalliæ Regnũ. Proinde resultat, non esse nouum nec incognitũ, si aliter succedatur in maioratu bonorum Regiẽ coronẽ, quàm in ipso Regno: quia fœmina, quẽ incapax est maioratus bonorũ Regiẽ coronẽ, vt lib. 2. tit. 17. §. 3. nõ est incapax ipsius Regiẽ coronẽ.

Quod

¶ *Filia fratris
videtur præferenda defuncti
Regis patruus
in Regni successione.*

Quod cū ita sit, considerare oportet, q̄ in Regni successione masculus eiusdē gradus præfertur foeminae etiam natu maiori, vt constat ex suprā citatis autoribus, & ex d. l. 2. tit. 15. Parti. 2. . Vtiq; autem non præferetur foeminae, quæ gradu præcedat, secūdum allegata suprā pag. 119. atq; ideo non præferetur huic foeminae, quæ succedendo in locum patris, intelligitur esse in secundo gradu. Sic videretur, hanc foeminam esse præferendam defuncti Regis patruo, coniunctis his quæ dicemus in vltima conclusione. Planè si contentio ad quartum gradum descenderet, vt quia de Regno certaret patruus Regis magnus, & fratris nepos, qui quarto gradu sunt. §. Quarto, Insti. De gradi. constaret, natu maiorem esse præferendum, Authē. Post fratres. n. 2. & q̄ ibi Bar. C. De legi. hēre.

Diuersum seruabitur in successione bonorū patrimonialium, in quibus gradus proximitas attenditur respectu vltimi possessoris: & in pari gradu masculus præfertur foeminae etiā natu maiori, secūdum leges Regias quarum verba retulimus pag. 118. & 131. Nam si vltimus possessor decesserit, et de maioratu cōtēderit defuncti patruus, et ex fratre filius vel filia: patruus quia natu maior, præferet aduersario masculino: & quia masculus, præferet aduersariae foeminae. Stat enim manifesta iuris ratio, q̄ in eodē gradu est,

nec

nec agitur de hæreditate vltimi possessoris, vt de priuilegio representationis tractari queat.

Secūda conclusio, Representationis priuilegium efficiet, vt si Rex decedēs filiam, & ex masculino prædefuncto filio nepotem reliquerit: nepos in Regni successione præferatur. Nam filius ex sexus prærogatiua, quāuis minor natu esset sorore cōsanguinea: sorori fuit præferendus. Igitur & nepos, qui similiter est masculus, & in gradum filij succedit, amitæ suæ debet præferri: vt in his fermè terminis scripsit Bart. in l. Liberosū. n. 12. ff. De verb. significa. cuius sententia cōmunis est, vt per Soci. cons. 122. n. 2. lib. 3. Philip. Dec. in l. Venia. n. 6. C. De in ius vocan. Albert. Brun. De statu. excluden. fœmi. art. 12. q. 16. n. 3.

Diuersum obseruatur in maioratu bonorū Regiæ coronæ et patrimonialium datorum in emphyteusim qui inducitur in specie. l. Regiæ lib. 4. tit. 62. §. *Et finandose*, coniuncto. §. pen. Nam licet filius masculus filiam natu maiorē excludat, nepos ex hoc filio etiam natu maior, amitam non excludit: quoniam filia propter gradus prærogatiuam nepoti præfertur, vt ibi expressum est. Cuius rei rationem constituimus in eo, quod materia illa priuilegium representationis non admittebat.

Sed an diuersum quoque seruandum sit in maioratu

ratu bonorū patrimonialiū, diximus suprà pag. 120.

Tertia conclusio, Idem priuilegium efficiet, vt si Rex, qui omnes filios viuus amisit, duos superstites nepotes reliquerit, vnum minorem ex filio conceptum, alterum maiorem ex filia procreatum: Regnū haud dubiè nepoti natu minori deferatur. Nā quia pater filiam excludebat, ipse quoque in locum patris succedens, filium filiaē excludet: vt constat ex doctrina Bartoli in. d. l. Liberatorum. n. 15. ff. De verb. signifi. quam veram esse & communem, scribit Albertus Brunus De statu. excludé. fœmi. articu. 6. in princ. n. 49.

¶ Nepos ex filia natu maior nepoti ex filio præferetur in successione fundi emphyteutici, iuxta terminos. l. Regie lib. 4. tit. 62. §. & firandose.

Diuersum probabitur in maioratu bonorū Regiæ coronæ & patrimonialium datorum in emphyteusim, de quo agit. d. l. Regia lib. 4. tit. 62. §. *Et finā* dose, coniuncto. §. pen. Nam si Petrus fundū ab Rege vel à priuato in emphyteusim sibi acceperit, & duabus personis successiuo ordine nominandis, & postea nemine nominato itestatus decesserit: subtilis quæstio incurret inter duos Petri nepotes, vnum natu maiorem filiaē filium, alterum natu minorem, filij filium. Pro nepote, filiaē filio, illa dici possunt, quòd ipse masculus sit, & maior natu: vt alteri natu minori præferri debeat. Item quòd si duo nepotes ex masculis filijs concepti contenderent: præferretur maior

natu

natu alteri, etiam si alter fuisset ex primogenito conceptus, vt ex manifesta eiusdem legis Regiæ sententiæ collegimus pag. 122. Ergo etsi potentior sit qualitas sexus masculini quàm maioris ætatis: eadē propemodum ratio suadet, vt nepoti, qui masculus sit & maior, non noceat qualitas materni sexus.

Nam etsi descendēs ex fœmina, intelligi debeat esse exclusus ab eo gradu & iure, à quo ipsa fœmina excluderetur cap. 1. §. Hoc autem notandum, De his qui feudum dare possunt: illud ita intelligendum est, vbi fœmina erat penitus incapax, vt in feudo. Nec enim successio debuit fieri per saltum, quū filia ipsa medium esset inhabile: vt tradit Bal. in. l. 1. ff. De Senato. cum multis autoribus quos congescit Andre. Tiraquel. De iure primogenio. q. 12. n. 12. Sic procedit nostra lex Regia lib. 2. tit. 17. §. 11. vbi nepos ex fœmina non admittitur ad maioratum bonorū Regiæ coronæ: idq; ex superiore ratione, quam lex his verbis reddidit, *Que poyz a filha de que tal lidino baram descêdo nampodia auera dita terraia sua in capacidade fazho seu descendente nam a poder auer, e segundo as leys imperiaes a dita terra nã pode fazer salto ao dito seu descendente barão.* Sic etiā procedit dictū Specul. tit. De loca. §. Nūc aliqua. q. 146. n. 173. vbi qui accepit emphyteusim sibi & liberis suis

¶ *Emphyteusis
accepta sibi et
liberis mascu-
lis, non perti-
net ad liberos
masculos ex fi-
lia conceptos.*

suis masculis, nō videtur intellexisse de masculis cō-
ceptis ex filia. Quia enim filia penitus erat exclusa,
non videbatur intelligendum, quōd descendens ex
filia, melioris esset conditionis, argu. l. Siviua matre.
C. De bonis mater. & sequitur communiter Dd. vt
constat ex Alex. n. 3. Ripa. n. 8. in. l. Ex facto. §. fina. ff.
Ad Trebellia.

Verū in terminis. d. l. Regiæ lib. 4. tit. 62. §. *Et si*
nandose, constat, filiam non esse incapacem, nec pe-
nitus exclusam à successione fundi emphyteutici:
quāuis masculus eidem præferatur. Ergo medium
non est inhabile, nec successio sit per saltum: & cessat
ratio superioris sententiæ. Vnde probandum vi-
detur, quōd in hoc nepote masculo masculinus sexus
proprius attendatur: & quia maior sit, alteri nepoti
præferri debeat, ex sententia Philip. Corn. conf. 199.
Placet mihi. n. 6. lib. 1. vbi scribit, quōd si filia simpli-
citer excludatur, excluduntur nepotes ex ea: secus si
excludatur propter aliquam qualitatem, quæ nō sit
in nepotibus.

Item pro hac parte facit, quōd lex, quæ admittit
filiam & nepotē ex filia ad hanc emphyteusim, iam
non considerat agnationem emphyteutæ. Apertè
enim constat, quōd sicut filia præfertur nepoti agna-
to: ita & nepos ex filia cognatus præferetur prone-
poti

poti agnato. Vnde masculus non præfertur fœminæ: nisi propter solum sexum sine agnationis consideratione. Ergo videtur, nepotem ex filia, quia masculus est, præferendum alteri nepoti: secundum ea quæ argumētatur Soci. in l. Gallus. §. Nūc de lege. n. 5. vers. Primò quando superior. ff. De libe. & posthu.

Præterea allego sententiam Caroli Moli. in consuetu. Paris. §. 16. n. 2. vbi resoluit, quòd si fœmina nō sit simpliciter inhabilis, sed eius cōditionis, vt quā ab eiusdē gradus masculo excludatur, possit ipsa masculum remotioris gradus excludere: iam huius fœminæ filius non excludetur à masculi filio. Planè hi propriè sunt Regiæ legistermini, in quibus filia ipsa, si viueret, nedum admitteretur ad emphyteusim, verùm etiam excluderet hunc nepotem filium fratris sui, vt ibi expressum est.

Postremò grande illud argumentum afferò, q̄ in hac successione fundi emphiteutici succeditur ex nominatione expressa, vel tacitè per legē inducta: non verò iure hereditario. Proinde cum materia nō admittat representationem: consequens est probare, quòd sexus maternus non obstat filio masculo, qui omnimodò ex sua persona admittitur. Hoc manifestè voluit Bart. in d. l. Liberosum. n. 15. vers. Ista quæstio. & ex Bartoli sententia Philip. Corn. in l. fin. n. 7. ad finē

C. De libe. præteri. Aret. in l. Gallus. §. Instituens, fi. col. vers. In secundo. ff. De libe. & posthu. Adde q̄ idem Aret. in. d. C. Gallus. §. Nunc de lege, col. pen. vers. Sed ista ratio, specialiter scribit, quòd si agatur de succedendo in emphyteusim, quæ hereditaria nõ fit, etiam si filius præferatur filia: non tamen filius filij præferetur filio filia: id quæ ita colligit ex sententia Bartoli in. d. l. Liberos. Et licet obijciat dictũ Specul. in d. §. Nunc aliqua. q. 146. quasi repugnet Bartoli sententiæ: concordia in promptu est, quòd in specie Specul. filia omnimodò fuerat exclusa, secundum ea quæ supra, distinximus.

*¶ Auis mater-
nus, si senior fu-
erit, præferetur
aui paterno in
successione sun-
di emphyteutici
iuxta terminos
l. Regiæ. lib. 4.
tit. 62. §. antep.*

Hinc infero interpretationem. l. Regiæ. d. tit. 62. §. antep. cuius verba sunt, *E todo esto que dito auemos nos filhos e netos que sam de linha descendete: auera lugar e se guardara nos da linha ascendente, conuem a saber padre, madre, auos: nam auendo hi nenhũs da linha descendete.* Vtiliter enim obseruo, quòd si emphyteuta, qui patrem & matrem viuus amisit, sine liberis intestatus decesserit: poterit similiter esse controuersia inter auum paternum & auum maternum, vter alteri præferatur. Et quãuis pater ex sententia legis Regiæ, matri fuit præferendus: nõ tamen auus paternus præferetur auo materno. Stat enim iuris ratio, quæ euidentius representa-
tionem

tionem excludit in ascendentibus, secundum ea quæ considerat Salyce. in Authé. Defuncto. n. 2. vers. Sed econtra. C. Ad Tertullia. Ité stat eadem ratio, quòd mater planè auo paterno fuit præferenda: quum & filia nepoti verbis legis præferatur. Sic demū inducetur, vt inter auos paternum & maternū eiusdem sexus, is demum præferatur, qui ætate senior fuerit. Nam quia prælatio contingere nequeat, nec ex proprio sexu, nec ex sexu filij & filia defunctorum, & alter, non verò vterq;, admitti debeat: coacta ratione ad ætatis prærogatiuam decurrendum est.

Sic etiam in maioratu bonorum patrimonialium propè est, vt nepos ex filia natu maior admittendus sit, excluso nepote ex filio. Et certè admittendus videtur, si dentur pares termini, atq; dantur in. d. l. Regia, hoc est, si maioratus iure debuit pertinere ad filiam, excluso nepote filij filio. Tūc enim defendi potest, quòd sicut filia ratione proximioris gradus nepotem ex masculo conceptum excluderet: ita nepos ex filia ratione ætatis eidem præferri debeat. Cæterum si nepos ex masculo cōceptus filiam exclusisset: tunc & nepotem ex filia similiter exclusurus videtur, argu. eorum quæ latè tradit Hierony. Gratus conf. 120. Anno præterito. n. 11. cū sequē. lib. 2. Quādo autem nepos ex filio cōceptus, anitam suam ex-

¶ Nepos ex filia natu maior vtrum in maioratu bonorum patrimonialium possit præferri nepoti ex filio.

¶ Nepos patruū
etate minorem
in Regni suc-
cessionē exclu-
dit.

cludat, aut non excludat: attigimus supra pag. 121.
Quarta cōclusio, Repræsentationis priuilegium
efficiet, vt Regis nepos, ex primogenito conceptus
& natu maior, præferri patruo debeat etate iuniori.
Nam de hoc non esse dubium, resoluit Andre. Ti-
raquel. in. d. q. 40. n. 5. ex Bal. in. l. Vt intestato. C. De
suis & legi. & ex alijs, qui Baldi sententiam proba-
uerunt. Sed ego aduerto, Bal. & eos autores contrà
potiùs sensisse: quoniam Bal. in Regno loquens, ma-
nifeste docet, quòd cessante verborū præscripta con-
suetudine, filius etiam natu minor est præferendus
nepoti, vt apparet ex. n. 1. vers. Sed modò, & ex. n. 2.
vers. Sed quid in dubio, & ex his quæ allegans Bal.
scribit Soci. conf. 252. n. 3. vers. Et hanc partem, lib. 2.
Hanc etiam opinionem dixit esse præstantiorem de
veritate iuris, Oldra. cōf. 94. Elegâter. n. 15. qui mo-
tus est argumêto proximioris gradus ex. l. Cùm ita
§. In fideicommissio. ff. De lega. 2. Sed & Ricar. Ma-
lūb. Cynus, Albe. Bal. Saly. & Castrensis in. l. Si viua
matre. C. De bonis mater. Ioā. Imol. in cap. Grandi,
De supplē. negli. præla. lib. 6. relatus ibi à Corseto in
repet. col. 22. vers. Sed Ioā. hoc idem senserūt: vt etiā
alij quos allegauit idem Tirraquel. n. 13. quasi se refer-
rent ad patruū natu grandiore. Sed profectò ma-
nifestè significarunt, se etiam de patruo loqui na-

tu minore: quoniam in proximiorē gradu summam rationem constituerunt præferendi filium nepoti. Porro nemo non videt, nullam ætatis rationem habendam fore, vbi stet gradus proximioris ratio naturalis & ciuiliſ. Deniq; negauerunt, nepotem in primogeniti gradum succedere: quoniam. §. Cùm filius, Insti. De hære. quæ ab intesta. deferū. procedit in hæreditate diuisibili, quam patruus & nepos parti-ri queant. Diuersam rationem incurere existimarūt in Regni hæreditate indiuisibili, quam nepos solus, patruo excluso, vendicare sibi non debeat.

Verūtamen hæc veterum consideratio refellitur, quoniam. §. Cùm filius, induci rectè potest ad omnimodam patris exclusionem: vt colligitur ex sentētia Iacobi Arenē. et Bart. n. 12. vers. Præterea, in l. Liberatorum ff. De verb. significa. quam ad patris & nepotis quæstionem induxit Castrēf. in d. conf. 164. n. 4. lib. 2. Sed etsi non rectè ea sentētia fuerit inducta à Castrēf. ad eam successionem, in qua locus nō erat representationi: rectè inducitur ad Regni successionem, quæ iure hæditario defertur. Cū igitur hæc Bartoli sententia sit recepta, vt scripsimus proximè in. 2. cōclusionē: obtinere debet, quod nepos patruū excludat. Nam & in primo gradu esse intelligitur, sicut patruus, & ex propria maioris ætatis qualitate

superare eundē debet: vt meritò in his terminis probari sine hæsitacione queat nepotis causa contra patruū, secundum ea quę velut ex communi opinione resoluit Matth. de Affl. in cap. 1. n. 91. De successio. feudi: & supra obseruauimus pag. 50. vers. Tertio.

Nec retrahere ab hac conclusione potest quod Bal. in l. Tutela. §. Si duo, in fi. ff. De legi. tuto. cōtra hanc nepotis repræsentationem causatur. Nam & in Regnorum successioibus repræsentatio habere locum debet: quum etsi non habeat naturalem veritatem, habeat certè naturalem æquitatem. d. §. Cūm filiis, vers. Æquū, et in l. 1. §. Si filius, ibi, *quod naturalis æquitate contingit*, ff. De suis & legi. hęc. cuius in hęc rem meminit Fortu. in repet. l. Gallus. §. Et quid si tantum. n. 4. ff. De libe. & posthu.

Diuersum probauimus esse obseruādum in successione maioratus bonorum Regiæ coronæ, in qua filium etiam natu minorem nepoti, qui maior ætate esset, præferendum esse diximus, pag. 45. vers. Sed his. Eandē filij prærogatiuā retinēdam esse censuimus in maioratu bonorū patrimonialiū, quo casu repræsentatio excluderetur, pag. 117. vers. Ex his.

*Nepos patruū
ætate maiorē
an excludat, in
Regni successio
ne.*

Quinta cōclusio. Repræsentationis priuilegium, quod in Regni hæreditaria successione locū habet, celeberrimā quæstionem introducit, vtrum nepos
etiam

etiam natu minor patruo fit præferendus. Hæc nimirum propria est famosæ difficultatis quæstio, in qua Bal.in.l. Cùm antiquioribus.n.pen.in fi.C. De iure delibe.vsurpauit illud Ioānis apud Accursum in.l.2.in verb.anno,ff.Ad.l. Aquil. Soluat Apollo: quasi nodus incidat (vt Horatius inquit) Apolline vindice dignus.Sunt & alia, quæ de huius quæstionis difficultate prædicantur, vt videre est apud Ioā. Crier, De primoge.q.25.in prin.lib.1.Andre. Tiraquel. in d.40.q.n.6. qui. n. 11. &.13. vtriusq; partis innumeros autores allegat.

Et vt alia argumēta præteream, quæstio videtur esse decisa in fauorē patruī natu maioris, ex sentētia Bonifacij Pōtificis, qui excluso nepote natu minori, ad Robertum patruum iudicauit pertinere Apuliæ Regnum, Clemē. Pastoralis, De re iudica.

Nāetsi Andre. Tiraque. vbi suprà.n.163.scribat; illam Bonifacij sententiam nihil ad hunc locū pertinere: ego contrā arbitror, multū pertinere. Mouetur enim Tiraql. autoritate Bar.in Authē. Post fratres.2. C. De legi. hære. qui aduertit, in ea successione Regni Apulię repræsētatōne non dari. Ergo quū in pposita quæstione repræsētatio dari queat, nō faciet contra nepotem Bonifacij sententia. Sed Bartolus errore lapsus est, qui non perspexerit, in successione

Regni Apuliæ, etiam si feudum esset, non minùs representationi locum fore, quàm si Regnũ iure hæreditario deferretur. Namq; in feudis, etiam si non iure hæreditario, sed ex dominica concessione competant: representationi locus est inter eas personas, quæ in hæreditatibus in locum parentum suorũ succedere solent, vt Dd. communius notauerunt in d. Authé. Post fratres, Iason in l. Si auie, n. 5. C. De successo. edicto, Matth. de Affl. in cap. 1. n. 12. & 23. De success. feudi, & ipse Tiraquel. in d. q. 40. n. 18. et Thomas Grãma. Decis. 1. n. fina. Tametsi Anto. de Rosel. De successio. ab intesta. n. 118. dum Bartolum excusare nititur, faciat differẽtiam inter feudum hæreditarium, & non hæreditarium. Stat igitur Pontificis sententia, qua probatur, patruum natu maiorem nepoti fore præferendum in Regni successione, ad quam ambo simul essent admittendi, si Regnum diuidi potuisset.

Sed etsi Bal. in l. Ex hoc iure. n. 5. ff. De iusti. & iure, & conf. 386. In Regno libero, in fi. lib. 2. Bonifacij sententiam referat ad Regnum feudale, quasi diuersum ius versetur in Regno hæreditario: equidẽ rationem diuersitatis non perspicio. Imò verò occurrit, posse dici, quòd nepos minùs admitti debeat ad Regnum aui hæreditarium, quàm ad eiusdem Regnum

bus. ff. De libe. & posthu. secundum nouam interpretationem, quam veram esse ostendi in repet. §. Et quid si tantum, in. 3. parte. n. 51. l. Gallus. ff. De libe. & posthu. Sed melius facit tex. in §. Item vetustas vers. Ita tamen, Insti. De here. que ab intesta. deferu. quem tex. inducit Dida. Couarr. vbi supra, expendens ibi probari, quod liberi vltra pronepotes, succedunt ascendentibus in stirpes. Et sanè adijciendum videtur, ibi probari, quod eiusmodi liberi succedunt simul cum proximioris gradus liberis. Alioqui superior inductio non satis esset, vt colligitur ex tex. nota. in Authen. De hæred. ab intesta. venien. §. Si autem plurimi, Colla. 9.

Similiter fratris maioris filius in Regis patruī successionē patruo annis maiori præferetur: quoniam similiter hîc quoque locum habet representatio, Authen. Cessante. C. De legi. hære. Vnde. l. 2. tit. 15. Parti. 2. quæ non extantibus liberis Regnum propinquiori detulit, potuit rectè sentire, quod Regnū quâdoque pertineret ad remotiorem, propinquiore excluso: si videlicet representatio iuris cōmunis efficeret, vt remotior, æquè propinquus videretur. Nec dura esset interpretatio eorum verborum, **El mas propinquo pariente**: quum propè simili vsus sit Accursius in l. Cùm ita. §. In fideicōmissio, in verb. proximo

¶ Intellectus l.
2. tit. 15. Part.
2. in verb. El
mas propinquo
pariente.

ximo. ff. De leg. 2. Adde quòd licèt in alijs Regnis post fratres fratrumq; filios proximior sit admittendus, exclusa representatiõe, Authè. Post fratres. 2. et quod ibi Bart. C. De legi. here. in Regno tamen Castellæ hodie etiã in vltioribus agnatis induci videbitur representatio ex sententia. l. 40. Tauri, coniuncto eo quòd tradit Andr. Tiraquel. De iure primoge. q. 41. n. 4. fina. verbis : & hæc magni momenti interpretatio esset ad dicta verba. l. Partitæ. Plerunq; enim eueniet, vt remotior ad Regni successionem admittatur, si descèdat ex eo qui si viueret, Rex esset futurus. Quæ consideratio rem perducet ad millesimũ vsq; gradum Regij sanguinis, si vera est Baldi sententia in cap. 1. n. 6. vers. Et idem in Regno, De feudo Marchiæ. Scribit enim, in Regum successionem dicendum fore, quòd si moreretur tota domus Regia, & extaret vnus de sanguine antiquo, puta de domo Borbone, & nõ esset alius proximior, esto quod esset millesimo gradu: tamen iure sanguinis & perpetuæ cõsuetudinis succederet in Regno Frãcorũ. Et hoc receptũ videt, vt per Ias. n. 3. Dec. n. 9. in. l. fin. C. Vnde legi. Ioã. Ciri. De primoge. lib. 3. q. 2. n. 5. Deniq; eã ad successionem Regũ Hispaniæ applicauerunt Guiliel. de Mõserrãt, De successio. Regũ, n. 39. & Rode. Xuar. in rep. l. Quoniã in prioribus, fol. 86. C. De inoffi. te-

sta.

sta. & nouissimè Grego. Lup. in. d. l. 2. tit. 15. Parti. 2.

Mihi autē videtur, posse de hac sentētia dubitari. Nam iuris ciuiliſ ratio, quę in deferēdis legitimis hereditatibus non habuit vllam rationem sanguinis post decimū gradum, iuxta gl. receptā in fi. schol. in. §. fi. Insti. De successio. cognā. videtur locū habere et in Regnorū successioibus, quę iure hereditario deferūtur. Nec obstat q̄ in Regno fiscus succedere nequeat: quoniā potest dici, bona patrimonialia & Regna eo casu vacare. Proinde in bonis vacātibus fiscus iure cōmuni succedet: in Regno vacāte succedet magnatū & populi electio, ad quā omnimodò perueniē dū sit, si nullus de antiquo Regū sanguine reperiat, vt cōstat ex eiusdē Baldi traditione in. c. Cū in magistrū, fi. verb. De elect. Deniq; hoc perstrinxit Bal. in eo cap. 1. n. 6. vers. Sed si teneremus: vt aduertit Iason in. d. l. fi. Et fortasse popul⁹ Lusitanus hoc idē fecutus est, quo tēpore Regē elegit quasi Regni vacātis, Ioāne. I. In qua tamē re ampliū deliberādū esset.

Postremò circa hanc conclusionem obseruandū est, q̄ licet patruus sit ānis maior & nepos primogeniti filius sit infans: nihil inutabit etas nepotis. Siqui dem & infans coronari rectē potest, vt scribit Bar. in l. 1. C. de mune. & hono. nō continuā. lib. 10. & tradit Hippol. de Marf. in l. Infans. n. 9. ff. Ad l. Corne. De
 sica.

Verū iure sanguinis succedatur i Regnis ultra decimum gradum.

Infans nepos non minus patruo præferatur in Regni successione.

ficca. Vnde Bal. in l. fi. n. fi. C. De testa. mili. dixit, q̄ dignitas naturalis ex radice, idest, genere prouemēs cadit in Regū filios etiam infantes, qui Regnū administrabunt per tutores. Quod Alex. & Iason, & Philip. Dec. n. 15. ibidē sequuntur, & inducit ad nostrę questiōis terminos And. Tiraq. in. d. q. 40. n. 203.

¶ Neptis primogeniti filia an patruū excludat à Regni successione.

Sexta conclusio, Repræsentatio in hæreditaria Regni successione vix potest efficere, quòd neptis ex primogenito legitimè nata patruū excludat. Nam si eadem fœmina fuisset Regis filia natu maior: cōstaret, filium masculum ætate minorem, eidem præferendum. Ergo cū repræsentatio possit nepti gradum patris dare, sexum patris dare non possit: filius Regis, nepti eiusdem præferendus videbitur. Et hęc opinionem de iuris fonte veriorem esse concludit Matth. de Affli. in cap. 1. n. 54. in fi. De natura success. feudi, vbi dicit, quòd etiā si nepos patruo esset præferendus, non tamen in nepti versatur eadē ratio. Idē. n. 40. ad fi. vers. Non obstat, scribit, nō obstat sententiā Andr. de Yfernia in c. 1. in princ. De eo qui sibi & hære. mascu. & fœmi. quoniā eo casu loquit̄, quo primogenitus filius mortuo patre feudū quæsiuerat, & consequenter filia iam in feudo patris fuit patruo præferenda. Quo etiam modo sententiā Andreæ de Yfern. accepit Philip. Corn. consil. 199.

In

In præfenti. n. 46. verfic. Nec obstant, lib. 2. Verùm multi autores neptem etiam, ex primogenito conceptam, patruo anteponunt: quasi representatio possit nepti præstare, quòd omnimodò in locum patris defuncti succedat, vt videre est apud Andre. Tiraquel. De iure primige. q. 14. Dida. Couarr. Practica. quæstio. cap. vltimo. n. 8.

Ergo si maioratus bonorum patrimonialium ita sit institutus, vt ad maiorem ex descendantibus deueniat: ambigua esset controuersia inter neptem & patruum primi institutoris descendentes. In hac enim specie materia quidem repræsentationem admitteret, ex autoritate Accursij in. l. Cùm ita. §. In si deicomisso, in verb. proximo. ff. De lega. 2. Ceterùm sexus fœmineus nepti obstare videretur ex sententia nouæ legis Regiæ, quæ masculum in eodem gradu fœminæ anteposit. Nam & si neptis diceret, se in gradum patris successisse: adhuc quasi fœmina videretur excludenda, secundum Bartoli receptam in simili doctrinam in. l. Liberos. n. 13. ff. De verbo. signi. quam ad nostros terminos velut simillimam inducit Andre. Tiraquel. in. d. 40. q. n. 48. & 50. & 53. Præterea quum voluntas defuncti institutoris totum facere debeat, argumen. l. In conditionibus primum locum. ff. De conditi. & demonstra. difficile esset cõijcere,

¶ Neptis verū patruo præferatur in maioratu bonorum patrimonialium.

ijcere, quòd ex liberis fœminã, quæ gradu remotior foret, masculo propinquiori voluisset antepone. Nã ipse in honorem nominis sui & familiæ, maioratum cõstituisse videbatur: vt etiam ipsius interesse crederetur, ordinis familięque nomen & dignitatem conseruare, argu. l. i. §. antepen. vers. Publicè .ff. De vëtre inspicien. Sic intelligendus fuit, ex liberis agnatum masculum, qui agnationem & familiam continuare posset, inuitasse magis quàm fœminam, quæ futura esset finis familiæ. l. Pronunciatio, in fi. ff. De verb. signifi. secũdũ ea quæ in simili tradũt Soci. in l. Cũ auus. n. 80. in fi. cum sequen. ff. De cõditio. & demonstr. Philip. Dec. consil. 370. Viso testamento. n. 3. vers. Circa primũ. Curt. Iunior. cons. 35. col. 2.

In Regni autem successione procliuius est, neptẽ ex primogenito conceptam aduersus patrum defendere: & esset optimũ, quòd patruus eam vxorem duceret, aut certè patruus filius primogenitus. Quòd autem in Regni successione causa neptis melior esse videatur, quàm in maioratu bonorum patrimonialium etiam tali, in quo nõ sit alienum representatiõnem admittere: nonnullis argumentis potest fieri probabile. Nam primũ hĩc nõ damus similiter institutorem maioratus, ex cuius præsumpta volũtate coniecturam faciamus: atque ideo ad vim iuris & cõ-

fuetu-

ſuetudinis decurrendū eſt. Et quum nemo dubitet,
 quin mortuo Rege, filia Regis, nō verò Regis frater,
 ſuccedere debeat: neptis eo prætextu eſſet defenden-
 da, quaſi in Regni ſucceſſione idem ſeruādum ſit, ſi
 primogenitus viuo patre deceſſerit, atq; ſi idem iam
 in Regno hæres patri extitiſſet. Enimuerò Egidius
 Bella Mera deciſ. 724. Etiam de extra. col. pen. verſ.
 Et ita videtur, item Abbas conſ. 85. n. 6. verſ. Præte-
 rea lib. 1. quū allegat et inducit tex. in cap. Licet, De
 voto, & Anto. Corſe. eam Abbatis inductionē re-
 ferens, in tracta. De poteſta. Regia in vltima parte
 q. 102. n. 77. intelligunt, ita cenſeri debere, atq; ſi de
 ipſius primogeniti hæreditate ageretur. Sed etſi hi
 autores ita in Regni ſucceſſione loquātur, vt tamen
 eam non diſtinguant à ſucceſſione aliorum maiora-
 rum: equidem hac ratione ſpecialiùs vtendū reor in
 Regni ſucceſſione. Quippe Regis maior filius iam
 viuo patre dignitatē quandā habeſt inſeparabilē, vt
 ſcribit Bal. in l. Ex hoc iure. n. 5. ff. De inſti. & iure &
 in l. Liberti liberteq; n. 8. verſ. Nā primogenitus. C.
 De opē. liberto. Vnde quū ius ipſum Regiæ digni-
 tatis cœperit habere aliquam executionē in perſona
 primogeniti: recipi poteſt, quòd ad primogeniti po-
 ſteros tranſitum faciat, vt in terminis ſcribit idē Bal.
 cōſ. 389. Cōſuetudo. n. 1. verſ. Decimò hoc probatur

lib.2. Sic videtur, quòd in primogenitis Regū sit alia ratio, quàm in primogenitis aliorū: vt circa Hispanam legem Partitę, ex aliorum argumētatione perstinxit Castrens. conf. 164. col. antepen. vers. Itē non obstat. lib.2. Quæ consideratio maximè procedit in his Regnis, in quibus more maiorum institutū videmus, quòd maior natu filius, viuo patre Rege, Rex designatur: vt etiam fuit mos Regū antiquorum, secundum ea quæ scribit Abulēsis lib.2. Paralipome. cap. 11. q. 30. eademq; fina.

Denique & si Rex Portugalliæ Ioannes Primus minimè fecerit testamento mentionem de nepti, sed nominatim de nepote primogeniti filio: potest videri & de nepti idem sensisse. Credendum est enim, respexisse eum ad antiquos mores Regnorum Hispaniæ, secundum quos non minùs primogeniti filia quàm filius, cæteros omnes, & in his patrum excludit. Ita enim expressum est verbis. l. 2. tit. 15. Part. 2.

E porēde estable scieron que si fijo varon y non ouiesse, la fija mayor heredasse el Reyno. E aun mandaron que si el fijo mayor muriesse antes que heredasse si dexasse fijo o fija que ouiesse de su muger legitima, que aquel o aquella lo ouiesse, y non otro ninguno.

L A V S D E O.

ORATIO FVNEBRIS, CONIM-
BRICÆ HABITA IN EXEQVIIS SERE-
nissimi Portugalliæ Regis IOANNIS Tertij anno.

M. D. LVII. xxv. die Iunij; eisdem hîc ferè
verbis conscripta, quibus tunc pro
iniqui temporis angultijs
pronunciata est.



QUANTUM *PTAREM* *ELVIDEM*, SI *FIERI*
aliqua ratione posset, generosissime at-
que integerrime Rector, patres amplif-
simi ac viri fratres, vt de Serenissimo IO-
anne. III. Rege nostro (iam non nostro) verba factu-
rus, quantum doloris, quantum luctus, quantū acer-
bitatis mors eius repentina nobis, atq; vniuersæ rei-
publicæ Lusitanæ inflixerit: tantum ego facultatis
in dicendo, atq; in eius funere celebrando, hodierna
die afferrem. Sed homo in interpretâdis legibus dū-
taxat versatus, qui eloquentiæ artes vix attigerim,
nullum omnino vsum, nullam exercitationem in di-
cendo habuerim, tenuitatem meam, atq; ingeniū,
quod in me est exiguum, satis agnosco. Quin & si
cū veteribus illis oratoribus, quos velut Coryphæos
laudat antiquitas, essem aliqua ex parte cōferendus:
mœrori certè meo, ac lachrymis, quibus omnes in
hac publica clade impedimur, ignoscendum foret,
si luctuosa, & pro tempore properata oratio, nihil
perfectum ingenio, nihil elaboratum industria, nihil

N arte

arte compositum afferret. Terret etiam oculos, mē-
tem animumq; consternat noua huius loci, atq; hor-
renda facies, omniū ætatū, omniū ordinum merētes
vultus, sordidatæ vestes, atrata & pullata vbiq; om-
nia: vt huius aulae, alioqui semper faustæ, parietes fu-
nesti, non solum lugere, sed etiam eiulare mihi vide-
antur. Quapropter vereor, ne ordo noster amplissi-
mus, opinione, quam de me concepit, frustratum se
deprehendat, ac cum iudicij sui serò pœnitere inci-
piat: qui mihi reluctanti, atque virium mearum im-
becillitatē prætendenti, grauissimam hanc prouin-
ciam, humeris meis valde imparem, reiecta omni ex-
cusatione imposuerit. Intellego enim suscepisse me
munus, more quidem maiorum institutum, & anti-
quissima lege. xij. tabularum iam olim sancitū: cæ-
terum munus adeo ex proposita materia arduū, vt
omnium, quæ aliàs imposita fuerunt, censeri debeat
longè maximū, vel ea de causa, quòd is, qui proponi-
tur Rex laudādus, fuerit omniū, qui retrò antè actis
seculis fuerunt, sine controuersia longè optimus.

Tu igitur pro tot meritis iam diuæ, iam cœlo ad-
dite IOANNES, qui de quacunq; cœli regione ia-
centes terras, & in his Lusitanos tuos etiamnū re-
spicis: da precor veniam, si diuini animi tui dotes, &
numero tam multas & magnitudinē tantas, vt nec
vbere

vbere dicendi copia, nec largo orationis flumine, cō-
prehendi queant: ego ingenioli mei angustijs expli-
care, & tam exiguæ orationis finibus circumscribere
aggrediar: teq; oro, ut in hac quâliquali opera mea,
animum meū atq; affectum velis æstimare. Scis et-
enim (nec iam est te fallere cuiquam) in hoc suscipien-
do munere, nullam in me temeritatem, nullā ambi-
tionem: sed pium obsequiū, sed gratam erga te pieta-
tem fuisse. Quod quum ita sit, vos humanissimi au-
ditores rogo, quorū frequentia & luctu vniuersitas
hæc literaria auctori atq; protectori Regi hodie inci-
pit parentare: vt me de eo breuiter simpliciterq; di-
centem, pia beneuolaq; attentione prosequamini.

Veteris historiæ annalibus testatū est, Lusitani
Regni initia iā inde ab Alphonso Henrico cœpisse,
qui cū paternū genus ab Hūgarię, maternū à Castel-
læ & Legionis Regibus duceret: primus in hac pro-
uincia Regiū nomē sibi vēdicauit. Hic CHRISTI,
quē crucifixum vidisse fertur, numine adiutus, tot
Reges Christiani nominis hostes bello vicit, tot in-
gentes exercitus paruis copijs fudit atque profliga-
uit: tot arces, tot Castella, tot vrbes expugnauit, vt
nō iniuria Magno illi Alexádro, et Iulio Cēsari pri-
mo Romanorū Imperatori fuerit cōparatus: sicuti
carmen, quod in sanctæ Crucis æde eius sepulchro

N iij inscriptum

inscriptum est, indicat. Eius demum viri virtus & fortuna, posteritati æstimandum reliquit, quanta semper futura sit Regni Lusitani autoritas, quæ his auspicijs, his incunabulis, fuerit initiata.

AB hoc Alphonso Regnum Lusitaniæ eo ordine in posteros transmissum accepimus, vt decimo quarto loco numeretur Rex Emmanuel, IOANNIS, quem modò nobis ereptum lugemus, pater. Hic quum per leges longè abesset à legitima Regni successionem, diuino quodam prouidentia mysterio ad Regni legitimam successionem videtur fuisse reseruatus. Hic quum religiosissimus erga Deum esset, neminem in Lusitania consistere permisit, qui CHRISTI fidè non profiteretur. Hic Christianam legem longè latèque simul cum imperio propagauit, plèraque nobilissima templa Deo erexit, salutare atque vtilissimas leges Regno tulit. Hic ille est Emmanuel, qui primus hominum memoria, nouis Argonautis Orientè versus nauigare iussis, Oceanum, recludi indignantem, ac naturæ difficultatibus se munientè, fœlicissimis suis auspicijs reserauit: vt nouo & inaudito triumpho genere, de ipso quoq; Oceano meruerit triumphare. Proinde superato Oceano, & ad Indos vsque tam diu inaccessos perducta classe, Orientem & Orientis diuitias Regno ad-

iccit

iecit. Hinc *foelix* à quibusdam cognomento dictus, alijs *Rex Regum* appellatus: quibus titulis alius multò gloriosior inferatur, IOANNIS. III. Regis pater. Procreavit enim eum ex secunda vxore *Maria*, quę *Claudiam* religione, *Sulpitiam* Paterculi filiam castitate, *Corneliam* Gracchorum nobilitate superauit: vt facillè filiam Catholicorum Regum *Castellę Fernandi & Isabellę*, posses agnoscere.

His parentibus natus est IOANNES in ea vrbe, in qua par erat nasci eum, qui iustissimè rerum esset potiturus. O communis Lusitanorum patria. O Lusitani Regni caput *Vlyssippo*. Tu vetustissimam originem ad *Vlyssēm* Homeri carmine celebratum refers. Tu cęli clementia, aëris temperie, hortorum amœnitate, ædificiorum mole, tutissimo atque celeberrimo portu, *Europę* vrbibus antecellis. Tu *Diui Vincentij* martyris corpus, ad te vltro delatum, iam olim in occulto seruas. Tu diuum *Antonium* tot miraculis conspicuum, *Patauio* lumen, *Italię* ornatum, omnibus terris præsidium dedisti. Tu orbis terrarum oculus, tu latè fluentis ac refluentis *Oceani* Regina diceris. Tu deniq; hunc Principem primum nascentem sinu excipere beata meruisti.

Natalis eius dies fuisse perhibetur anno Christianę salutis Millesimo Quingentesimo Secundo, pri-

N iij die

die Nonas Iunij. Qua die æther adeo insolitis ignibus flagrauit, adeò tonitruis & nymbis sine fulmine concussus est, vt res portento similis videretur. Sed quid mirū, si cœlum parturiētis aliquid cœleste speciem præberet, quum qui nascebatur is foret, quem gentes cœlo sibi demissum, postea prædicarunt.

Nomen puero inditū est, IOANNES, non quidē in Regio stēmate nouū, sed ideo inditū, q̄ duo Lusitanix Reges eiusdē nominis extitissent, digni quorū nomē nō minūs q̄ virtutes, nouus Princeps referret.

Regnauerat quondam in Lusitania Petri Regis filius Ioannes. I. cuius nomen (nisi omnino ingrati simus) iucundum & sempiternum nobis esse debeat. Ille enim ne nostra hæc patria in exteri Regis ditionē veniret, non dubitauit in Algibarrotæ cāpis, se quodāmodò pro libertate nostra deuouere. Quo loco fortissimorū ac fidelium militū exiguo exercitu, ausus est potentissimū Castellæ Regem Ioannē, et eius innumerabiles copias ad pugnā prouocare. Nec de glorioso eius pugnæ, ac totius belli euentu quidq̄ attinet dicere, quē omnes sciunt. Eiusdē Ioannis Regis beneficium est, quòd vstrictibus signis in Aphricā traiectis, munitissimā urbem Ceptam, in faucibus Herculei freti sitā, primo impetu expugnauit: eaq̄; capta, aditum barbaris Christiani nominis hostibus præclu

præclufit, quem antea facillimū in vniuerfam Hi-
spaniam habuerunt.

Regnauerat etiam proximè ante Emmanuelé pa-
trem, Alphonfi. V. Regis filius Ioannes eius nomi-
nis. II. vir mehercle tam ingenti, tam excelfo, tam
inuitto animo, tot tantisque Imperatorijs virtuti-
bus inclytus, vt eum viuenté finitimi & procul dif-
fiti Reges, velut belli fulmen horrendum formida-
uerint: nūc vero mortuum, & pofteritas admiretur,
& æternitas memoriæ confecrauerit.

Hoc nomé puero, hæc caufa nominis fuit. De cu-
ius educatione, pueritia, studijs, atque indole admira-
bili, non eft confilium dicere: neque enim, vt in hifto-
ria, fingula perfequor, fed tātū pro tempore, fum-
ma quarundam rerum fastigia perstringo.

Decimum nonū ætatis annū agens IOANNES
patre amiffo, Regia infignia Vlyfiponi, magno ho-
minū fauore fufcepit. Erat iā tū in adolefcente facies
digna Imperio, & quam poffet, etiam qui nō noffet,
quafi Regnantis venerari. Vultus ex amabili quadā
venufitate & grauitate temperatus: vt nec gratia mi-
nueret reuerentiā, nec grauitas officia gratiæ. Dein-
de nō multo interiecto tempore vxoré duxit Princi-
pem CATHARINAM Philippi Regis filiā, Caro-
li. V. Cæfaris fororem: quam vtiq; iufiffimo matris

monio sibi copulauit. Nam quæ admodum omnes omnino dotes animi, quæ ad laudatissimi Principis effigiem desideratur, in vno IOANNE cumulas vidimus: ita quidquid est virtutis, quod Graias, Latias, Hispanas heroidas illustrauerit, id omne in vnâ CATHARINAM congestum agnoscimus.

Initio principatus sui, atq; adeo in tota vita, nihil habuit antiquius, quàm ppetua, & solida religionis laude cæseri. Quis enim prior nouos quæsitores Regno induxit cõtra homines nefarios, qui de CHRISTI fide non rectè sentirent? Quis vnquã in rebus diuinis rite peragendis, in tẽplis constituẽdis & dedicandis, in pauperibus alẽdis, maiorẽ vnquam diligẽtiam adhibuit? Quis vnquã religiosiùs curauit, labẽtes religiosorũ mores ad veteris regulæ seueritatem reuocari? Quis religiosos ipsos aut curiosiùs audiuit, aut benigniùs fouit, aut liberaliùs ptextit? Eius deniq; opera effectũ est, vt innumerabiles tum Asiæ, tũ noui orbis nationes, patria & vana deorũ supstitione repudiata, vni CHRISTO vero Deo sese addixerint.

Iam verò belli & pacis studia quàm piè, quàm fœliciter digessit? Nam in Africa CHRISTI hostes Mauros semper Christiano bello pressit: in Asia Indos semper victor subiugauit: Turcas feros, & eorũ classes ad urbẽ Diũ, duabus insignibus victorijs dele-

uit.

gnū feudale. Animaduerto enī adduci in Regno feudali pro nepote præcipuam illā rationem, quod primogenitus spem sibi ex contractu quæsitam potuit in filium suum transmittere, arg. §. Ex conditionali, Insti. De verb. obliga. Vnde Oldra. conf. 224. n. 27. Ioā. Andrææ ad Specul. tit. De feudis, ad finem. Egidius Bella Mera Decis. 718. Collationes præbendarū, pag. 4. in princ. vers. Ratio principalis, Abb. cōf. 85. col. 2. lib. 1. Præpos. in cap. 1. col. antepe. De feudo Marchiæ, senserunt, non æquè defendi posse causam nepotis in maioratu vltimæ volūtatis, qui ante diem cedentem transmitti iure non posset. l. vna. §. Pro secundo. C. De cadu. tollen. Quod ipsum obseruauit Alex. conf. 123. col. 2. n. 2. lib. 1. vt & alias scripsimus supra pag. 109. Ergo eisdem autoribus consequens erat scire, quòd in Regno hæreditario deterior erat nepotis causa, quàm in Regno feudali: quū Regnum viuientis Regis hæreditarium transmitti, iuris ciuilibus rationibus repugnet. Deniq; esset qui nouè consideraret, Oldradi contrarias autoritates ad hunc modū conciliari posse. Nam ipse conf. 224. Istæ sunt allegationes, defendit causam nepotis in feudi successione contra patrum. Vtiq; autem. n. 38. vers. Respondebat, referre se visus est ad feudum, quod filio quasi filio, nō verò quasi heredi deferretur. Porrò idem Ol-

dra.conf.94. Eleganter.n.15.in Regno hæreditario quod filio quasi hæredi deferri contendebat, securè dixit,certum esse, quòd secundùm opinionem, quæ præstantior esset de veritate iuris, patruus in successione Regni hæreditarij præfertur nepoti.

Ergo ex Bonifacij sententia videtur, hoc Regnũ Portugalliæ ad patruum natu maiorem pertinere. Nam quia hic casus non est decisus lege Regia, nec Imperiali: decidi deberet iuxta autoritatem Pontificis, vt nota.in cap.1. De noui ope.nuncia. et ita argumentatur Philip. Corn.conf.199.n.45. &.46.lib.2. Cùm autem nostra.l.Regia lib.2. tit.5 §. si. opponere ex equo videatur autoritati Pontificis in materia, quæ non concernit peccatum, autoritatem glo. & Dd.iurisciuiilis:dici non posset, quòd contra patruũ stet legistarum communis opinio. Quin potius pro patruo stare videtur:vt post Castrès.ibi, scribit Aret. in.l.Is potest,col.1.ff. De acqui.hære.& Alexã.conf.4.n.1.lib.4.vbi eã secutus est, quasi magis cõmunè.

Hinc dubitari posset, si patruus & nepos ætate pares de eodem feudali Regno Apuliæ hodie contenderent:quid ex Bonifacij & aliorum sententia magis probaretur. Et probandum videretur, quòd patruus nepoti præponeretur. Moueret enim primus ille patrui gradus naturalis, qui in iure ciuili nõnullã præ-

prærogatiuâ habet supra primû nepotis gradum ex
 representatione inductum, argu. §. Nepotes. l. Sed si
 in conditione. ff. De hære. insti. quem miror quomo-
 dò Oldra cõf. 224. n. 36. & Tiraquel. in. d. q. 40. n. 62.
 pro nepote allegauerunt. Vlpia. enim apertè scribit,
 quòd nepos, subducto filio de medio, ita ad filij cõdi-
 tioné redigitur: vt tamen non habeat eiusdè filij præ-
 rogatiuam. Atq; ita contra nepotè induxit eum. §.
 Bal. in. l. Vt intestato. n. 2. C. De suis & legi. dicès, qd
 in re dubia fauèdum est filio: quoniâ natura plus in-
 fluit in filio quàm in nepote, argu. d. §. Nepotes.

Diceret aliquis, hoc argumentum excludi posse.
 Nam etsi Vlpia. ibi senserit, quòd nepos suus hæres
 potuit sub omni conditione institui, quia etiam præ-
 teriri potuit, iuxta ea quæ circa. d. §. Nepotes, nouè
 obseruari in repet. §. Et quid si tantum, in. 4. parte.
 n. 43. l. Gallus. ff. De libe. & posthu. ea differentia in-
 ter filium & nepotem suû hæredem hodie sublata est
 l. si. C. De libe. præte. Sed ego adhuc retineo argumè-
 tum: quoniâ vbi res est in omnimoda ambiguitate,
 quoduis tenue momètum potest iudicem inclinare,
 iuxta illud Terentij, Dum in dubio est animus &c.
 Porrò nõnullû argumentû pro filio asseret aduersùs
 nepotè illius iuris antiqui memoria: vt aliquid àplius
 sit ei qui nõ solùm nature sed etiâ veteris iuris suffra

gijs munitur, arg. §. Item vetustas, vers. Sed vt amplius, Insti. De here. quæ ab intesta. deferũ. Præterea considero, quòd etiam hodie extat vestigium illius antiquæ differentia in. l. Iubemus, coniuncto. §. si. C. Ad Trebel. vbi priuilegium, quòd filio datur, vt fructus nõ imputet in quartam Trebellianicam, nepoti nõ datur: etiam si successerit in locum filij de medio subducti. Quæ vera & receptissima est eius legis interpretatio: licet ab ea Berenga. Fernã leuiter discesserit in repet. l. In quartã, n. 331. ff. Ad. l. Falcid.

¶ *Nepos natus minor, patruo an is maiori præferendus est in Regni hereditarij successione.*

Sed Bonifacij sententia non obstante, nec ite Dd. legistarum opinione, quæ dicta est communis: concludo, probabilius esse, quòd Regnũ pertinere magis debet ad nepotem natu minorem. Nã primũ huius conclusionis fortissimum argumẽtum adducitur ex Imperiali cõstitutione Iustiniani in Authẽ. De hæred. ab intesta. venien. §. Reliquum, Colla. 9. vbi quemadmodum frater ex vtroq; latere coniunctus, excludit fratrem ex altero tantũ latere coniunctum: ita & filius eiusdem fratris vtrinq; coniuncti. Obseruandum igitur est, quòd et si eadem vtriusque lateris coniunctio, quæ in patre operabatur exclusionem aliorum fratrum, non sit in eius filio, successio nihilominus admissa est filij in locum patris: vt non minũs filius patrum excludat, quàm exclusurus

furus esset eiusdem filij pater, si viueret. Quo exem-
 plo, & si in nepote non detur eadem maior ætas, quæ
 in illius patre dabatur, successio nihilominus admit-
 tenda est in locum patris sui: vt non minus patruum
 excludat, quàm exclusurus esset pater eius primoge-
 nitus, si viueret. Atq; ita hunc tex. pro nepote allega-
 uit Ioã. Andr. Ad Specu. in Rub. De feudis. col. 4. &
 induxit Rapha. Fulgo. in auth. Cessante. n. 4. C. De
 legi. hære. & melius Areti. conf. 162. Diligenter. n. 9
 vers. Et primò dico, latius Tiraquel. d. q. 40. n. 24.

Secundò principaliter pro hac parte facit autori-
 tas opinionis, quæ pro nepote videtur esse cõmunior,
 ex his quæ scribit Andr. Tiraquel. d. 40. q. n. 11. Tho-
 mas Gramma. Decif. 1. Dida. Couarr. Practi. quæsti.
 cap. vlti. n. 6. Nam & hanc opinionem esse magis cõ-
 munẽ dixit Pyrrhus Angleber. in tracta. De suitate,
 n. 3. & pro nepote iudicatũ fuisse in curia parlamenti
 Parisiensis, scribit Nico. Boër. in Consuetudi. Bituri.
 titu. De testa. §. 2. col. 4. & eam seruari de consuetu-
 dine testatur Carol. Molin. ad Alexan. conf. 4. lib. 4.

Adijcio & pro hac parte facere autoritatem Ni-
 colai de Matharel. in. l. fin. C. De iurisd. cõmni. iudi.
 quem contrarium dixisse putauit Bal. in. l. Libertili-
 bertæq; nu. 18. vers. Itẽ secũdum. C. De ope. liberto.
 & cum Baldo Ioan. Cirier. De primogenitura. q. 25.

lib. 1. n. 8. Nam Nicolaus in his, quæ non iure successio-
 nis, siue hæreditatis veniunt, sed tantum ex proxi-
 mitate liberorum: filium nepoti prætulit. Bal. autè
 notat, hoc membrum non videri verum, & contrarium
 fuisse determinatum in Regno Angliæ: in quo suc-
 cessit nepos, patruo excluso. Ego autem aduerto, hoc
 quod terminatum fuit in successione Regni Angliæ,
 ex ipsius Nicolai de Matharel. sentètia fuisse. Siqui-
 dè ille apertè voluit, quòd vbi maioratus deferretur
 iure successiois, seu hæreditatis, præferendus esset ne-
 pos, non minus quàm in feudis, in quibus similis
 repræsentatio datur. Ergo in Regnis hæreditarijs
 per eandem traditionem responderet, nepotem esse
 præferendum.

¶ Bar. in Au-
 thè. Post fra-
 tres. 2. C. De le-
 gi. hære. quo-
 modò intelligē-
 dus.

Item adijcio, quòd licèt in hac quæstione plures
 autores allegent Bartolum in Authè. Post fratres. 2.
 C. De legi. hære. quasi p patruo terminauerit quæ-
 stionem: verissimum est, quòd in nostris (Regni vi-
 delicet hæreditarij) terminis, nō terminavit quæstio-
 nē pro patruo. Imò verò sensisse à multis existima-
 tur, quòd in Regno hæreditario, in quo materia ad-
 mittit repræsentationem, potior sit causa nepotis na-
 tu minoris, quàm patrum. Quod ita ex Bartoli sen-
 tentia deduxerunt Aret. conf. 162. Diligèter. n. 8. So-
 ci. conf. 252. n. 17. lib. 2. Præpos. in cap. 1. in. 29. argu-
 mento

mento pro parte filij, Deseudo Marchiæ, Ioã. Cifrier De primogeni. q. 25. lib. 1. n. 7. vers. Et sic Regna, Montaluis Foro legū Castellæ lib. 1. tit. 3. col. 5. vers. Sed circa hâc, Andre. Tiraquel. in. d. q. 4. n. 221. vers. Ex quo. Mihi autem videtur, hoc non posse fortiter defendi: quoniam si rectè expendatur Bartoli sententia, non euincetur, sensisse eum, quòd nepos patruo sit præferendus. Ille enim hoc tantum cum iudicio scripsit, quòd in Regno in quo materia representatione nõ admitteret, certum erat, patruū nepoti esse præferendum. Sensit præterea, diuersam esse causam Regni hereditarij, in cuius successione posset dari representatio. Cæterum ita sensit diuersam esse causam, vt non sentiret esse contrariam. Intellexit enim (vt ego interpretor) quòd in Regni hereditarij successione quæstio esset difficilis, propter articulū admittendæ vel non admittendæ representationis, iuxta veterem controuersiam.

Tertiò principaliter facit, quod in Regnis Franciæ & Angliæ, multum inualuit hæc opinio, vt eã crescentē semper & inualescentē seruare debeamus, autore Baldo in l. Cū antiquioribus. n. 21. vers. Decimò C. De iure delibe. & in l. Ex hoc iure. n. 5. ff. De iusti. & iure. Sed & in Regno Castellæ olim constitutū accepimus, vt nepos patruo præferetur. l. 2.

¶ Ioannes eius
nominis. l. l. te
stamento decla-
rauit, Regnum
ad nepotē perti-
nere, excluso
filio secundò ge-
nito maiore.

tit. 25. Parti. 2. Denique Rex Portugalliæ Ioannes. I. mentalis legislator, testamento suo cavit, Regnum pertinere ad nepotem suum D. Alphonsum, si D. Eduardus primogenitus D. Alphonfi pater se viuo decederet: excluso D. Petro filio suo secundò genito. Præterea adiecit, quòd in æternū in successione Regni hic modus seruaretur, vt scilicet nepos ex prædefuncto primogenito conceptus, filio secundò genito præferretur. Quod ita retulit vir clarissimus & varia eruditione insignis Iacobus à Saa in tracta. De primogenitura, pag. 94. n. 40.

Cum igitur obtinere debeat hæc opinio, quaeritur, vtrum æquè primogeniti pronepos sit patruo præferendus. Mouet enim, quod hic defuncti Regis est abnepos: vt admittenda non videatur representatio, quæ vltra pronepotem locum non habet, si credimus Ioã. fab. & Angel. Aret. in. §. Cū filius, Insti. De herē. quæ ab intesta. deferū. & Sigismū. Lofre. in Paraphra. feuda. tit. De natura successio. feudi fol. 51. Sed tamen verius & receptius est, representationē ad omnes liberosextendi, qui viuo parēte de cuius successione queritur, cōcepti sint: vt tenet gl. in. §. Multis, Insti. De successio. liberto. & multi autores quos citat Did. Couarr. Practica. questio. cap. vltimo n. 5. Pro qua opinione facit tex. in. l. Gallus. §. In omnibus.

uit. Et tamē idem, dū mauult haberi & esse optimus,
quā maximus, Lusitaniā nostrā semper bello ab-
stinuit: vt Christiana pace eadē Lusitania melius fru-
eretur. Ergo nostri quondā nepotes feri, quū hęc au-
diēt, Virgilianum illud de IOANNE. III. vsurpa-
bunt, *Aurēaque, vt perhibent, illo sub Rege fuerunt secu-
la: sic placida populos in pace regebat.*

Cū verò bonas literas amaret impensius, quarum
scilicet à pueritia studiosus cultor extiterat, Acade-
miā in hac inelyta vrbe magnificis sumptibus insti-
tuit, atq; doctissimos quosq; præceptores magnis o-
blatis conditionibus vndiq; euocauit. Animaduertit
enim sapientissimus Princeps, non minùs fore glori-
osum, si Lusitani ingenij quàm si imperij, terminos
promoueret. Enimverò vt bonarum artium dignita-
tem, quæ antea erat in obscuro, ad Regiæ dignitatis
fastigiū prouehere videretur: hęc Regia palatia, lu-
dos literarios, hanc aulam Regiam, literarū empo-
rium esse voluit. Sed & hanc Academiā pximis an-
nis rarissimo illo honore donauit, quòd non obiter,
nec aliud agens, eam dignatus est inuisere: vt etiam
in nostris subsellijs sederet ingens auditor. Sic Phila-
delphi Ptolemæi Regis gloriam & humanitatē su-
perauit: qui & ipse in Alexandria vrbe ludos litera-
rios Musis & Apollini consecrauit, & certamina li-
teraria

teraria instituit, vt inter premiorum, quę proposuit, iudices, etiam sederet. Sic deniq; effecit, vt gens Lusitana, quę hactenus in Aphrica & in Asia bello excelluit: nunc quoq; in Europa literis præstare videatur.

Idem Princeps, quum accepisset, Regem Ioannẽ eius nominis. II. in quo cæterę omnes Regiæ virtutes explenduerunt, vnã cum moreretur, in se desiderasse: omni studio atque animi intentione perfecit, vt cum in cæteris virtutibus, tum in hac maximè emineret. Hęc nimirũ, Proceres, est illa virtus, quã verè esse Regiã parens rerum natura in apibus ostendit. Siquidẽ Rex atq; Impator apum à cætera plebe nõ solum oris egregij pulchritudine distinguitur: sed etiam quòd plebes aculeo vtitur, Rex autẽ sola maiestate armatus, aut aculeũ omnino non habet, aut certè eo non vtitur. O singularè mansuetudinẽ: o incredibile innocui Principis benignitatẽ, qui ignoscere sciebat, nocere nesciebat. Qui si quando in delinquentes (rari autẽ sub eo delinquebãt) seuerior animaduersione necessaria videret: cunctabatur primò: deinde animaduvertebat quidẽ, sed inuitus. A deo iustitia humanissimi Principis cõmiseratione quadã cõdiebat.

Im verò quid de eiusdẽ Principis sũma erga suos beneuolentia referam? Qui ne minè vnquã, vbiubi esset, au dire recusauit: neminẽ ex sermone suo noc-

stum

stum discedere permisit: qui laborantibus fame, & simili calamitate ciuibus nō sollicitudinē Principis, sed vnicū parētis affectum semper exhibuit. Tanto deniq; amore suæ reipublicæ flagrauit, vt in filiorū funeribus, quos omnes imatura morte interceptos amisit, conseruatam à Deo Opt. Max. rempublicam reputasse videatur: idque Pauli Æmilij exēplo, qui amissis duobus, quos habebat in familia, filijs, ita ad populum Romanum loquutus esse fertur, *Cum in maximo prouētū felicitatis vestræ Quirites timerem, nequid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonem Reginam & Mineruam preceatus sum, vt si aduersum quid populo Romano immineret, id totum in domum meam conuerteretur. Quapropter bene habet res, quòd votis meis annuentes, id egerunt, vt vos potius meum casum doleatis, quàm ego uestrum ingemiscerem.* Desinant igitur mirari exteræ nationes, quòd Rex noster IOANNES nullis spiculatoribus, nulla armatorum militum custodia septus, in publicum procederet. Quæ enim tutior custodia nostro Principi esse potuisset, quàm ipsius innocentia, & singularis ciuium amor?

De liberalitate eiusdem hoc possum dicere, vix illi parem orationem inueniri posse. Nam Regium ærarium manubijs hostium, auro Minico, gaza Indica, atque totius Orientis opibus refertum, ita largi-

laegiendo exhaustit, vt sibi reliquum nihil fecerit. Donabat suis, donabat exteris, & quidem quotidie: nec enim minus, quàm Titus Imperator, diem se perdere existimabat, in quo nihil cuiquã præstitisset. Nec donare semel satis erat: Regijs codicillis, & priuatis chirographis se nobis ad annuos census obligabat. Quotus enim quisque est ex nobis, qui hanc munificentissimam Principis liberalitatem non sit expertus? O rem inauditam, & exemplo memorabilem, quæ vigeat memoria omnium seculorum: vixisse aliquãdo Regem Lusitaniæ IOANNEM, cui non tam vectigalis, sua Lusitania, quàm ipse vectigalis suis Lusitanis fuisset.

His Regijs virtutibus nostri Regis, atq; alijs innumeris, quas persequi non minùs esset infinitum, effectum erat, vt Deum Opt. Max. nō pluribus votis distringeremus. Non enim pacem, non securitatem, non opes, non honores orabamus: vnum ac simplex erat omnium votum, quod cūcta ista complectebatur, Salus nostri Regis. Sed o lubricam & miseram humanę vitæ cōditionem. O inuitabilem mortalitatis necessitatem. O spes fallaces. O votum nostrum illud irritū. Salus nostri Regis extincta est. Ille innocentissimus, benevolentissimus Rex noster IOANNES, Academię nostrę author et protector,
studio-

studiosorum omnium patronus, patriæ pater, atq;
 adeo noster omnium parens, vnius diei morbo ab-
 sumptus est. Ergo vnius diei morbo pacē nostram,
 opes nostras, honores, ac fermè vitæ ipsius commo-
 ditatem amisimus. Nam quid est amplius quod nos
 delectare possit, illo amisso à quo nobis omnia hone-
 sta, & iucūda ceciderūt? Tertiò idus huius mensis Iu-
 nij cœlestes propè IOANNIS Regis oculi, qui nos
 quocūq; iret, quocūq; veheretur, secū ducebant: qui
 septimo ab hinc anno studiosos omnes in his locis,
 atq; hæc etiam loca, nihil alioqui sentientia, beni-
 gno fulgore exhilararūt: illi inquam propè cœlestes
 oculi, in quibus nostra omnis Lusitanorum, omnis
 Æthiopum, omnis Arabum, omnis Persarum, om-
 nis Indorum lux sita erat, sacrilega manu mortis
 impiæ violenter clausi, atq; extincti, Regnum in-
 stabile, incerta omnia, nos certè ac liberos nostros,
 perditos, & in miseranda orbitate reliquerunt.

De tenore mortis eius & funere, ne singula con-
 fecter, lachrymis prohibeor. Sed vt in summa dicā,
 vixit optimè, decessit optimè, magno nostro malo,
 nullo suo detrimento, qui vtiq; in meliore cœli re-
 gia iam cum CHRISTO regnet. Facies funeris ea
 fuit, vt non cadauer Regium, sed adeo tota respubli-
 ca Lusitana, quasi cum Rege pariter concidisset, illo
 mise

miserabili funere efferri videretur. Quas igitur putatis fuisse lachrymas procerum? quos plebis fletus? quos mulierum eiulatus? quæ totius populi lamenta?

Sed quo te piaculo taceam incluta Lusitaniæ Regina nostri IOANNIS, dum vita manebat, vnice amor CATHARINA? Nempe in tam acerbo dolore luctus tuos, non minus quam vultus, præstabit exemplo Timantis velo contegere, quam penicillo tentare. Si quidem animus iste tuus augustus, quamquã alioqui inconcussus, maiorq; omnibus fortunæ bonis, atque adeo maior ipsa fortuna, non potuit tamen in tanta iactura dolori non succumbere. Speramus tamen futurum pro ingenita tibi bonitate, pro sanctissimis moribus, quos ex diuino illo consorte tuo tot annos imbibisti: vt proprios doloris tui affectus nostris publicis vtilitatibus condones, ac rempublicam hanc ex mariti tui iudicio sinemora regendam suscipias. Augustus Cæsar, cum in extremis ageret, in hac voce defecisse dicitur, Liuia nostri coniugij memor viue, ac vale. Augustus noster IOANNES, cum nos vsque in finem dilexisset, penè vltima voce (nam vltima se Deo comendantis fuit) dixisse fertur, CATHARINA nostræ reipublicæ memor viue, ac vale. Eia ergo fortissima Heroïna, obligato interim tanto vulnere, rebus lapsis fer opem: concusso

atq;

atque nutanti Regno succurre. Succures autē ista qua
 principali autoritate, ista qua polles supra sexū pru-
 dentia: quæ iam olim meruit, vt tibi Rex prudētissi-
 mus idem præstaret, quod Iustinianus Cæsar Theo-
 doræ Augustæ se præstitisse gloriatur, videlicet vt
 quibusq; tū pacis, tum belli consilijs simul interesses.
 Quod si feceris, nouum & inusitatæ gloriæ titulum
 tuis adiunges. Quippe si vir ille tuus ob regnā
 di artes admirabiles, quas nemo te meliùs humanæ
 diuinæq; domus socia didicit, patriæ patris nomen
 meritò est consecutus: tu profectò si rerum habenas,
 quas ille in coelum festinans tibi cōmendauit, ad in-
 star eius tractaueris, mater nō tuæ, sed nostræ patriæ
 memorabili exemplo appellaberis.

Nec te possum tacere Princeps Henrice, Romani
 Senatus procerū decus, orthodoxæ atq; sacrosanctæ
 fidei vindex & assertor singularis: qui quum duarū
 sororū, ac cæterorum omniū fratrum funera æquif-
 simo animo toleraueris, postremū hoc atq; ingēs fu-
 nus Regis ac fratris tui vix æquo animo ferre potui-
 sti. Nec hoc quidem, quòd vllam tui rationē habue-
 ris, quē scimus in summa humanarum rerū despiciē-
 tia sanctissimè viuere. Magis igitur pijsime pater,
 ac Princeps doluisti nostrū omnium vicem, quos tā
 horrédę tēpestatis turbine iactatos vides: ac despera-

te sacra anchora, quam nuper in Ludouico Principe fratre tuo amifimus, ad te velut ad secundam post naufragium tabulam, respicere intelligis.

Tu tamen o cœli & terræ gubernator CHRISTE IESU, qui primo illi Regi Alphonso pēdens in cruce visus, crucem ipsam tuā, huius Regni æternum insigne esse voluisti: respice nos in hoc proceloso mari fluctuantes, atque imminentis naufragij metu penè exanimatos, & clauum pro tua misericordia ipse manu tene: ne nostra hæc spoliata armis, excussa magistro, deficiat nauis, tantis surgentibus vndis. Proinde SEBASTIANVM Regem nostrum, in quo vno infantulo, & adhuc tantæ molis per ætatem ignaro, Regni domus inclinata recumbit: eadem pietate nobis incolumem serua, qua miraculo quodam nobis eum proximè dedisti: vt vis illa animi excellens IOANNIS. III. nullis non suscipienda Regibus, nullis nō seculis prædicanda, quam per filium IOANNEM in hūc nepotē suum transmisit, per eundem SEBASTIANVM, confirmatę ætatis virum, in legitimos posteros, non Lusitanię tantum, sed Lusitanos quoque Reges, recta ac perpetua serie deriuetur.

DIXI.



nci.
oost

RI-
ens
er-
el-
gij
or
x-
us
o-
is
-
a
a
-
i

us hinc est
us hinc est

restum
can in or
ficandā action
de quibetā of
pennitē in

Sanctus
fugientes
de hinc p
compensatō





